

sent, qui omnes si errassent, viderentur portae inferi prava- luisse contra Ecclesiam; quod nunquam futurum Christi promissione certum erat.

Sic in Concilio Ephesino omnibus Sacerdotibus, numero ferè ducentis, hoc Catholicissimum, hoc rectissimum, atque optimum factum visum est, ut in medium Sanctorum Patrum sententia proferretur, quorum idcirco major merito habebatur auctoritas, quod eorum alios Martyres, alios Confessores, omnes verò Catholicos Sacerdotes fuisse conitarer.

In Concilio Chalcedonensi quoque; cum dixisset aliquis, Vultis fidem Sanctorum Patrum invocare? omnes una voce responderunt; Si quis innovat anathema sit; Si quis discutiat anathema sit. Sanctorum Patrum fidem servemus oportet.

* AB HÆRESIBUS, ET HÆRETICIS AD PATRES POCOVATUR A VETERIBUS.

Certe validissimum semper telum visum fuit exactorum sæculorum Doctores adversus hæreses, earumque architectos ad Patres primitivos provocare. Pluries id factum ab Augustino constat. Donatiste cum dicerent communionem mancipiorum contaminari Ecclesiam, rogat Augustinus, an Cyprianum tempore ita factum sit. Si contaminabatur, inquit, jam tunc perit Ecclesia; non erat ergo, unde propagaremini. Bapt. cont. Donat. ff. lib. 2. cap. 7.

Et lib. 5. cap. 1. Non possunt, inquit, dicere Cyprianum tempore perisse Ecclesiam: Aliqui enim nec originem suam potuerunt asserere.

Et contra Parmenianum, lib. 3. c. 2. Quid se ipsi jactant inquit, quod habent Ecclesiam, si jam Cyprianum temporibus esse desierit? Dicant enim unde natus est Majorinus aut Donatus, ut per eos nasceretur Parmenianus, aut Primianus. Hæc ille, semper pro absurdissimo ponens Ecclesiam jam olim perisse. Inde enim consequi nullam amplius esse posse, quia non superest, unde quis possit nasci.

Sic & contra Pelagianos cum antecessores suos in Ecclesia Dei Episcopos produxisset, Cyprianum, Hilarium, Ambrosium, Chrysostomum, Gregorium, Basilium, & alios. Ego inquit, a tenebris Pelagianis ad hæc tam clara Catholica lumina provoco. Tu responde quid facias, dic, quod contugas? Ergo a Pelagianis ad istos: Tu ab istis ad quos? Hæc ille.

C Ergo adeo semper vita est doctrinis in Ecclesia Patribus pluriquam absurdissima Protestantium supposito, ideo eos ordiandos ab Episcopis non esse, quia non superest Episcopii, qui eos ordinat, ut hoc si verum esset, consequeretur (quod tamen consequi non absurdissimum modo, sed & blasphemiam, ac impietate plenissimum illis videbatur) nullam amplius in terris Ecclesiam non solum non superesse, sed nec superesse potuisse.

Patientia.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Patientiam ex Cicerone definit S. Aug. quod sit honestatis ac utilitatis causa, rerum arduarum, ac difficultium voluntaria, & diuturna perpessio. Aliam descriptionem habet in Lib. Patientia, quem male Erasmus negat esse Augustini quod sit virtus, quia mala æquo animo toleramus, ne animo iniquo bona deferamus, per quæ ad meliora deveniamus.

Græci Patientiam ὑπομονή appellant, & patientem ὑπομονήν.

D Hebræis verbum Sabal, significat, bajulavit, portavit onus grave verbum sibi imposuit gestavit. Hic fortassis Sabulum, Sable Gall. Quoniam afflictiones sunt onera gravissima, idcirco sæpius verbum illud ad patientiam, piorum præsertim, referri potest. Nam patientia cævera est, cum ex agnitione divinæ sapientie, providentiæ, voluntatis, justitiæ bonitatis, & majestatis Deo nos submicimus ad placidè ferendum, cum persecutionem veritatis ab ipso nobis impostam sentimus. Job. 1. 20. 10.

USURPATIO VOCIS.

Patientia dupliciter accipitur, juxta D. Thom. 2. 2. 2. 2. Primo pro virtute, quæ firmat animum adversus timores, & dolores mortis, & malorum mortem inferentium; quæ emittit maxime in Martyribus: hæc est pars fortitudinis integralis, vel ipsa virtus fortitudinis inadaque concepta.

Secundo, pro virtute, quæ in aliis malis animum confirmat, moderando mœrores, qui ex illis percipi solent; ne videlicet propter hos à præscripto rationis recedat, seu aliquid indecori agat: ut in morte parentum, filiorum, amicorum, in exilio in damnis, in morbis, in contumeliis, aliisque id generis malis: hæc enim magnos mœrores adferre solent, qui homi-

nem sæpe ab arte rationis, & officio virtutis deturbant, & ad malum concitant. Hoc modò est virtus annexa fortitudi- ni, ut secundaria principalis.

MATERIA.

Proxima igitur hujus virtutis materia, est tristitia, & afflictio animi, ob mala prædicta incidere solita: hæc enim vel planè comprimit, vel moderat, ei quandam vim similitudinem veluti formam imprimens, & ita eam temperans, ut res illa ratio præscribit, & virtum patientem decet; nimirum, ut rationem plenè sui compotem relinquat, nec virtutes alias in suis officiis impediatur.

Remota materia, sunt actiones, verba, & gestus externi, quæ ita regit, ut interna moderatio in eis eluceat; ita ut per tristitiam nihil indecori foris agat; sed mala se æquo animo ferre ostendat.

Remotissima autem sunt ipsa mala: hæc enim dicuntur materia patientiæ: non quod patientia illis formam, seu modum virtutis imprimat; (hæc enim solis afflictibus internis, & actionibus externis communicat) sed quia sunt objectum, & causa tristitiæ, quæ proxima patientiæ est materia: Similimodo pericula mortis dicuntur materia fortitudinis.

NECESSITAS.

Patientia tam est necessaria ad salutem, quàm est necessarium, hominem pro hujus vitæ mala, vel quæ nostra mortalitas invenit, vel ab aliis irrogantur, à bono non abstrahi, aut ad malum non impelli. Et quia hujusmodi mala maxime oppugnant Christianos, ut rectam religionem deserant, aut juxta ejus præscriptum non vivant; ideo his maxime necessaria est, juxta illud Domini; In patientia vestra possidebitis animas vestras. Quo significatur, salutem animæ non nisi per patientiam acquiri posse.

VITIA OPPOSITA.

Vitia patientiæ adversa sunt, Insensibilitas, & Impatientia, illud per defectum: non enim est laudabile, nec humane nature consentaneum, nullis malis neque tuis, neque proximorum tangi; id enim signum est brutæ stoliditatis, vel inhumane duritiæ: nec congruit amicitia, & vitæ politica. Hoc verò per excessum: ut cum quis nimium dolet, aut etiam ex dolore à recto discedit. Quicumque enim, ob dolorem vel mœrorem, ut illum vitet, pellat, aut soletur, G animoque suo sic affectum indulget, aliquid mali faciat, impatiens est, justum dolendi modum, quem patientia præscribit, exuperans. Impatiens etiam dici potest, qui ira, vel indignatione excedit, præsertim si hunc motum animi sui foris ostendat: nam ira etiam tristitiam, & afflictionem includit: è contrario, qui non facile irascitur patiens, quamvis hic potius manufactus fit dicendus, aliter iracundus.

ADMINICULA SEX.

Quia verò patientiæ virtus maxime est homini Christiano necessaria, notanda duxi ex Scripturis, & Patribus quedam præcipua ejus incitamenta, quæ ad ejus cultum, & exercitacionem vehementer possunt commovere.

Primum fit patientia ipsius Dei: in qua duo potissimum consideranda. Alterum, quod tanta beneficia assidue in peccatores conferat. Alterum, quod eorum injurias tam benigne toleret. Utrumque eleganter expressit Tertul. lib. de patientia, cum ait: Nobis exercenda patientiæ auctoritatem, & divina dispositio delegat, Deum ipsum ostendens patientiæ exemplum: jam primum, qui forem lucis hujus super justos, & injustos æqualiter spargit: qui temporum H officia, elementorum servitia, totius genituræ tributa dignissimum, & indignis partitur firmiter occurrere: sufficiens ingratis nationes, ludibria artium, & opera manuum suarum adorantes, nomen & familiam ipsius persequentes, luxuriam, avaritiam, iniquitatem, malignitatem quotidie insolentem, ut sua sibi patientia detrahat: plures enim Dominum idcirco non credunt, quia sæculo iratum tamdiu nesciunt.

Eundem locum pulcherrimè prosequitur Cyprianus, lib. de bonâ patientiâ, in principio.

Secundum, Patientia Christi, in qua Deus, ut inquit Tertullianus, spiritum suum cum tota patientia collocavit, cæcus tota vita eximium fuit patientiæ speculum; passio verò supremum exemplar. Saginari enim, ut idem ait, volupate patientiæ discessurus volebat.

Prosequitur hoc pulcherrimè Cyprianus loco citato. Hic considerandum, quis patiatur, & quantus, quid, à quibus, pro quibus cur, ubi, & quando.

Tertium, patientia Sanctorum veteris testamenti, Abelis, Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Moyses, David, Tobie, & in primis

primis S. Job, qui, ut Tertullianus loquitur, omnem patientiæ speciem adversus omnem Diaboli vim expunxit, quem non abacti greges, non ille in pecore divitiæ, non filio uno ruina impetu adempti, non ipsius denique corporis in vulnere cruciatus à patientiâ, fide Domino dedita excludit: & infra. Quale in illo viro feretrum Deus de Diabolo extruxit, quale vexillum de inimico gloriæ suæ extrulit, cum ille homo ad omnem acerbum nuntium, nihil ex ore promeret, nisi, Deo gratias, &c. Quod si illi rudi, illo sæculo, antequam Christi doctrinam, & exemplum, tantam in adversis patientiam præstitere; quantum nos perpetrare oportet (ut Tertullianus verbo utar) in luce Evangelii, in schola Christi, in hac copia gratiæ, inter infinita exempla Sanctorum non Testamenti?

Quartum, maximus patientiæ fructus, cum in hac vitæ, tum in futura: in hac enim vitæ. Primo, parit satisfactionem pro peccatis: exiguam enim tolerantiam maximas futuri sæculi penas redimimus: facile toleratam jactura decem annorum, quæ redimitur conficatio decem millium. Vide Conc. Trid. sess. 14. c. 9. Gratianum de patiente, distinct. 3. Secundo, juvat omnes virtutes, easque reddit stabiles & perficit: qui enim virtutis bonum in adversis retinet, ostendat affectum suum illi perfectè, & firmiter inherere, & quovis alio casu infortunum.

Declarat hoc Tertullianus: Patientia, inquit, fidem munit, pacem gubernat, dilectionem adjuvat, humilitatem instruit, penitentiam expectat, exomologesin assignat, carnem regit, spiritum servat, linguam frangat, manum continet, tentationes inculcat, scandala pellit, martyria consummat, &c.

In futura autem vitæ maximam adducet gloriam; nam ut Apollolus ad Corinth. 4. ait: Id, quod in presenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternam gloriæ pondus operatur in nobis: non comparantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur. Ubi in verbis illis, momentaneum, & æternam, leve, & pondus, tribulationis, & gloriæ, in presenti, & sublimitate, emphasin, & antithesin considera.

Quintum, tormenta inferorum, quibus sæpe digni fuimus, & tamen evasimus: qui enim hæc attente considerat, omnia hujus vitæ incommoda nihil aestimabit; sed veluti in deliciis ponet. Sicut qui considerat maximam calamitatem, qua plerumque oppressi, sic cum paucis evasisse, modicum jacturam nihil facit; sed se cum illa felix reputat, sibi que gratulatur, quod liceret tam parvo incommodo clabi. Vide Albertum de Virtutibus cap. 4.

Sextum, impatientiæ incommoda. Nam primò amittit meritum patientiæ. Secundo, afflictio non minuitur per impatientiam, sed exasperatur, majus enim ipsa tormentum, & dirius animum excrucians, quam ipsum originale malum, unde impatientia excitatur: è contrario pro patientiam dolor valde mitescit. Tertio, impellit ad omne genus peccati; ad blasphemiam, contumeliam, homicidium, adulterium, furtum, &c.

Unde Tertullianus: Ut compendio dictum sit, omne peccatum impatientiæ adscribendum: malum impatientia est boni. Hic tamen non illud laxius usurpat. Idem prosequitur Cyprianus.

GRADUS.

Quod ad gradus patientiæ attinet, variis modi assignari possunt.

D Primo, ex parte malorum, quæ quis patitur: & sic primus gradus est, cum patientiam retinemus in damnis fortunarum. Secundum in detrimentis famæ.

Tertium in detrimentis corporis, & vitæ; quò pertinet patientia Job, & Sanctorum Martyrum, & in primis Christi Domini.

Secundo, ex parte modi perferendi. Et sic. Primus gradus est, Tolerare sine murmuracione.

Secundus, sine lamentatione, & querimoniis apud alios.

Tertius, Cum gaudio; sicut Apostoli, qui ibant gaudentes à conspectu concilii, quia digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Ad hunc hortatur Apostolus Jacobus cap. 1. fuz epistolæ: Omne gaudium existimate, fratres, &c.

Tertio, ex parte cause ipsius mali, quod patimur. Hoc modo.

Primus gradus est, Si patienter feramus mala, quæ pro culpis nostris, sive à Deo, sive ab hominibus irrogantur.

Secundus: si absque nostra culpa ab inimicis, vel aliis, qui nobis obstricti non sunt, illa patiamur.

Tertius, Si inferantur ab iis, qui multis beneficiis à nobis affecti fuerunt: illa enim ingratitude maxime auget injuriæ atrocitatem, & provocat iram. Unde difficillimum est erga tales retinere patientiam.

Quartus est, Hujusmodi injurias non solum æquo, sed etiam libenti animo perferre, & etiam desiderare; ut sic aliquo modo Dominum nostrum imitemur, qui omnia iniuriam, & afflictionem genera, ab iis, quos sumis beneficiis affecerat, patientissimè sustinuit, & proinde etiam patrem rogavit.

Vide Cyprianum, & Tertullianum, locis citatis.

PATIENTIÆ IMAGO.

Ex TERTULLIANO, cap. 15. lib. de Patientiâ.

1. Vultus illi tranquillus, & placidus.
2. Fronis pura, nulla mœrores, aut iræ rugositate contracta.
3. Supercilia in lætum modum remissa.
4. Oculi humilitate, non infelicitate dejecti.
5. Os taciturnitatis robore signatum.
6. Color qualis securis, & imoxis.
7. Motus frequens capitis in diabolum, & minax rufus.
8. Amictus circum pectora candidus, & corpori impressus, F ut qui nec inflatur, nec inquietatur.
9. Sedet in throno spiritus ejus mitissimi, qui non turbine glomeratur, non nubilo livet, sed est tenera serenitatis, apertus, & simplex, quem tertio vidit Elias: nam ubi Deus, ibi & alumna ejus patientia scilicet: cum ergo spiritus Dei descendit, in dividua patientia comitatur eum.

FRUCTUS VARIJ.

Idem Tertull. cap. 12. hos patientiæ fructus assignat. Primus est pax, & reconciliatio cum proximis.

1. Patiens implet legem Christi, jubet ignosci fratri, non septies: sed septuagies septies: item, ut remittamus fratri offensam, si à Deo veniam, & remissionem cupimus.

2. Et Apostoli dicentes: Sol non occidat super iracundiam vestram, non licet ergo nobis una die sine patientia manere.

3. Conjugatos dissidentes patientia conciliat: alterum adulterum non facit, alterum emendat.

4. Prodigum filium patientiæ patris recipit, vestit, pascit, & apud impietatem irati fratris excusat.

Secundus patientiæ fructus, est dilectio, & charitas. Dilectio summum fidei sacramentum, Christiani nominis Chesaurus, quam Apostolus totis viribus Spiritus S. commendat, cujus nisi patientiæ disciplinâ eruditur?

1. Dilectio, inquit, magnanimis est, ira patientiam sumit.
2. Benefica est, malum patientia non facit.
3. Non amulatur: id quidem patientiæ proprium est.
4. Nec superbum sapit: modestiam de patientia trahit.
5. Non inflatur, non protervit: & hoc ad patientiam pertinet.

6. Non irritatur, omnia sustinet, omnia tolerat: utique, quia patiens est.

7. Merito ergo nunquam excidit: exhauriuntur linguæ, scientiæ, prophetiæ: permanent fides, spes, dilectio: fides, quam Christi patientia induxit: spes, quam hominis patientia expectat: dilectio, quam Deo magistro patientia comitatur.

Tertius est, quod patientia suggerat pietatis exercitiâ. c. 13. Quæ est negotiatio patientiæ in corpore?

1. Afflictio carnis, hostia Domino placatoria.
2. Jejunia cum cinere, & sacco conjuncta.
3. Precationes, & deprecationes.
4. Continentia carnis.
5. Constantia sub cruce.

Exempla sunt. Secutus Isaias, patientiæ viribus armatus, & de Domino non tacet: lapidatur Stephanus, & veniam hostibus suis postulat: Job omnem patientiæ speciem adversus omnem Diaboli vim expungit, quem non abacti greges, non filii uno ruina impetu adempti, non corporis cruciatus à patientiâ excludit: quale in illo viro feretrum Deus de Diabolo extruxit? quale vexillum gloriæ, cum ille homo ad omnem acerbum nuntium, nihil ex ore promeret, nisi Deo gratias? quid? ridebat Deus: quid? discebatur Satan. Hinc omnia duplicia recuperavit.

Quartus est, quod patientia ceteras virtutes parit, c. 15. Fidem munit.

Pacem gubernat. Dilectionem adjuvat. Humilitatem instruit. Penitentiam expectat.

- Exomologesin assignat.
- Camem regit.
- Spiritu fervat.
- Lingua frinat.
- Manum continet.
- Tentationes conculat.
- Scandala pellit.
- Martyrium consummat.
- Pauperem consolatur, divitem temperat.
- Servum domino, dominum Deo commendat.
- Femina exornat, virum approbat: amat in puero, laudatur in juvene, suspicitur in senē, in omni sexu, in omni aetate formosa est.

AUREA DOCUMENTA DE PATIENTIA.

Tertullianus prater ea, quae paulo ante diximus, insignia quoque tradit documenta, quibus virtutem Patientiae omnibus commendat, quamque sit eximium illius antidotum contra quavis adversa demonstrat.

Ac primam quidem adversus opum, & facultatum jacturam c. 8. Haec praebet Patientiae pharmaca.

1. Omni inquit penē in loco de contentendo seculo Scripturis dominicis commoneatur. Unde & Dominus ipse in nullis divitiis invenitur.
2. Dominus semper pauperes justificat, divites damnat, quia radix omnium malorum cupiditas.
3. Nihil est nostrum: quoniam Dei sunt omnia, cujus ipsi quoque nos sumus.
4. Qui damni impatiencia concitatur, terrena caelestibus anteponeudo, de proximo in Deum peccat. Libenter ergo terrena amittamus, caelestia tueamur: totum licet saeculum peccat, dum patientiam lucrifaciam.
5. Patientia in detrimentis exercitatio est largiendi; facit enim nos faciles ad communicandum, & dandum elemosynam: non piget donare cum, qui non timeat perdere.
6. Gentilium est, omnibus detrimentis patientiam adhibere, qui rem pecuniariam fortassis animae anteponunt, nos vero non animam pro pecunia, sed pecuniam pro anima deponere convenit, seu sponte in largiendo, seu patienter in amittendo.

C. 7. Ipsam animam, & corpus, in saeculo isto expositum omnibus ad injuriam gerimus, quaeque injuria patientiam subimus: abicit servo Christi, ut patientia majoribus tentationibus preparata, in frivolis excidat.

Secundo, adversus acra verba, & verbera eodem cap. haec dat patientia remedia.

1. Dominus monet: Verberanti te in faciem, etiam alteram genam obverte. Fatigetur aliena improbitas patientia tua.
2. Plus improbum illum cadis sustinendo: ab eo enim vapulabit, cujus gratia sustines.
3. Respice dictum Domini: Cum vobis maledixerint, gaude de.
4. Dominus ipse maledictus in lege, & tamen solus est benedictus: igitur Dominum servi consequamur, & maledicamur patienter, ut benedicti esse possimus.
5. Alioquin cruciabor, saltem impatiencia muta.
6. Ideo quis te laedit, ut doleas: quia fructus laedentis in dolore laesi est: ergo cum fructum ejus everteris, non dolent.

Do, ipse doleat necesse est, amissionem fructus sui: tunc tu non modò illasusus, sed insuper & adversarii tui frustratione oblectatus, & dolore defensus.

Tertio adversus dolorem in morte charorum, cap. 9. haec dat patientia dulcioria.

1. Lege Apostolum 4. Thess. 4. De dormientibus non contristamini, &c.
2. Credimus resurrectionem mortuorum: vacat ergo dolor mortis, vacat & impatiencia doloris.
3. Cur doleas, si perissem non credis? cur impatienter feras subducentum, quem credis reversum?
4. Professio est, quam putas mortem, idque ad beatam vitam.
5. Non est legendus, qui antecedit, sed planè desiderandus: cur inmoderate feras abissem, quem mox sublequeris?
6. Impatiencia in hujusmodi & spei nostrae malè ominatur, & fidem praeviaciat.
7. Christum Ladimus, cum evocatos nosseque ab illo quasi miserandos, non equanimiter accipimus.
8. Apostolo restitimus dicenti: Cupio dissolvi, & esse cum Christo: optimum ergo illud est vortum Christianorum, pariter & nostrum.

Quarta adversus ultionis appetitum, cap. 9. & 10. haec dat patientia placamenta.

1. Haec ulciscendi libido negotium curat, aut gloria, aut malitia: sed gloria ubique vana est, & malitia Domino odiosa, hoc quidem loco maximè: quia malum duplicat, quod semel factum est. Quid enim refert inter provocantem, & provocatum, nisi quod ille prior in maleficio deprehenditur, iste, posterior?

2. Uterque laesi Domini reus est, qui omnem nequam prohibet, & damnat, qui quae praecipit malum malo non rependendum.

3. Quem honorem litabimus Domino; si nobis arbitrium defensionis (id est ultionis) arrogaverimus.

4. Quid credimus iudicem illum, si non & ultorem? hoc se nobis reponit dicens: Vindictam mihi, & ego vindicabo, id est, patientiam mihi, & ego patientiam remunerabo.

5. Qui vindicat se, honorem unici iudicis, id est Dei, abstulit.

6. Post vindictam sequitur poenitentia, fuga, & reatus, ut pari modo plectamur.

7. Nihil impatiencia suscepium, sine impetu transigi novit: quicquid impetu actum est, aut offendet, aut corrumpit, aut praeceps abiit.

8. Si levis defendaris, infans: si uberis, oneraberis.

9. Quid mihi cum ultione, cujus modum regere non possum per impatienciam doloris?

10. Si patienter incubabo, non dolebo: si non dolebo, ulcisci non desiderabo.

Quinto, contra satanae insultum cap. 11. haec dat patientia roboramenta.

1. Parvula satanae jacula de sua mediocritate contentnas: maximis pro sua exuberantia cedat.

2. Ubi minor injuria, ibi nulla necessitas impatienciae: ubi major injuria, ibi necessarius est injuriae modula, patientia.

3. Certemus igitur, quae a malo insignitur sustinere, ut hostis studium amulatio nostrae equanimitatis eludat.

4. Si vero quaedam ipsi in nos, aut imprudentia, aut sponte etiam superinducimus, aequè patienter obeamus, quae nobis imputemus.

Sexto, ad cruce ad Deo immisiss haec dat patientia sustentamina.

1. Si à Domino non nullas credimus incuti, cui magis quam Domino patientiam praebcamus?

2. Gaudere, & gratulari nos decet dignatione divina castigationis: Ego, inquit, quos diligo, castigo.

3. Dominus patientes felices praedicat, dicens: Beati pauperes spiritus, beati flentes, beati mites, beati pacifici: gaudent cum vobis maledicent, & persequentur: merces enim vestra plurima est in caelo.

APOPHTHEGMATA. DE VIRTUTE, ET BONO PATIENTIAE.

Bion ajebat, magnum malum esse, non posse ferre malum, absque hoc enim nulli potest esse vita suavis. Laert. 1. 4. c. 7.

Democritus dicebat, si quae sunt perpetienda, discere liceret, & non perpeti, bonum esset dicere: sed si perpetienda sunt omnino, quid discere juvat? perpeti enim necesse est. Ant. & Max. serm. de patientia.

Diogenes, Adolefcenti conquerenti, quod à multis turbaretur: Desine, inquit, & tu perturbatorem indicia per te ferre. Si significans, nulla re melius improbatem laedendum finiri, quam si qui laeditur, dolorem dissimulet. Etenim qui ob id incessum hominem, ut illum discruciet, desinent, si viderint illum nihil commoveri. Laert. 1. 6. Idem, Cum aliquis illi dixisset, Vituperant te multi, Oportet (inquit) sapientem ab insipientibus ferri, esse meliorem indicat lingua, quem carpit. Senec.

Xenophon, Maledicenti sibi cuidam, Tu (inquit) maledicere didicisti: ego conscientia teste didici maledicta contemnerere. Idem.

Tacitus Lucio Metello ei in senatu maledicenti respondit, facile est in me dicere: quia responsurus non sum, potentia ergo tua, non mea patientia, est accusanda. Idem.

Quidam cum videret Diogenem cognomento canem in vehementi frigore statum aream amplectentem, rogavit, num algeret? illo negante: Quid igitur, inquit Lacon, magni facis? Philosophus, gloriae mancipium, hoc ipsum existimabat magnificum, quod hic haberet corpus ad omnes injurias duratum, ut in rigore frigidae statuae complexum ferre posset absque dolore. Id Laconi nihilo pulchrius videbatur, quam si quis in aetate simile quippiam amplecteretur, nullo suo incommodo. Plat. in Lacon.

Adolefcentis quidam, postquam Zenonem aliquandiu audierat, domum revertens, à patre rogatus, quod tandem operæ pretium fecisset in philosophia studio? Ostendam, inquit, Cum nihil aliud diceret, patre iracundus, exillimans, impudentiam perissem, cepit flagris caedere filium. Eam parentis levitiam adolefcentis aequissimo animo tulit. Ac rursus efflagranti patri, ut aliquod specimen profectus ederet, expectanti egregium aliquid sophisma. Hoc, inquit, è Philosophia fructus retuli, ut patris iram possim commode perpeti. Erasim. lib. 8. apoph. ex Aliano.

Antisthenes dicebat, virtutem sibi sufficere ad felicitatem, nec ulla re opus habere, nisi robore Socratico. Socrates autem ad omnium rerum patientiam obduraverat. Imbecillitas vero corporis impedit frequenter usum virtutis. Laert. 6. cap. 1.

Agessius, cum arderet polagrae doloribus, cumque Carneades invisisset, atque exiret trillit: Mane, inquit, Carneade, nihil enim illinc huc pervenit: ostensis pedibus, & pedore. Sentiens, pedes quidem dolere, se animum dolore vacuum esse. Plat. in Lacon.

Idem, cum narraret apud Agelliam, maleficium quempiam, ac scelerosum hominem constantem perculisse tormentis: Ut insigniter, inquit, miser est homo, qui tolerantiam, ac patientiam in res flagitiosas turpes colloctet. Apud Lacedaemonios admirabilis erat malorum tolerantia: quae, si suscipiatur ob res honestas, magnam promeretur laudem: sin ob turpes, non solum meretur fortitudinis laudem, qui tolerat, sed hoc inferior est, ac vir peior, qui constantius se gesserit: turpiter enim Graecè, & malum sonat, & à translato tono laboriosum, five calamitosum. Dolebat egregio duce tantum animi robur, ac naturae vim in re turpi consumptam, quam si at nulli ad res honestas, magno usui poterat esse Republicae. Plat. in Lac. Erasim. lib. 1.

Diogenes Heracleotes, laborans exrenibus, ipso esulatu clamitabat, falsa esse ista, quae antea de dolore sensisset: quem cum Cleantes discipulus ejus rogaret, quam ratio cum de sententia deduxisset? respondit: Quia cum tantum operæ Philosophiae dederim, dolorem ferre non possum. Brufen. lib. 2. cap. 28.

Pompejus è Syria Rhodum veniens, Possidonium quamvis agrum revivere voluit, data acceptaque salute, cum dixisset Pompejus fegraviter ferre, quod eum non posset audire. Tu vero, inquit, potes, neque committam, ut dolor corporis efficiat, ut tantus vir frustra ad me venerit. Cum vero inter narrandum quasi facies ei doloris admoventer, saepe dixisse fertur: Nihil agis dolor, quamvis molestus, nunquam te tamen esse confitebor malum. Brasim. lib. 2. cap. 1.

Lygas, Haec mulier, memoria inter multas dignissima, cum metu militum silium occultasset, & illi per cruciatum interrogaret, ubinam occultasset? uterum offensus, respondit: Ibi latet, nec ullis tormentis ego potui, ut constantiam vocis egregie mutaret. Corn. Tacit.

Proprium esse insignis stultitiae dicebat, dolores, & adversas res parvi facere: & nolles, cum accidunt, pati. Anton. serm. de non patientibus, &c.

Lycurgus à civile quopiam juvene altero oculorum oribus, illum à populo accepit, ut quo liberet modo puniret. Quod minimè fecit, sed optime institutum; bonique viri moribus praeditum, in theatrum produxit. Spartanis remirantibus, dixit: Istum antea habere injuriam, & violentum, qualem à vobis accepi, jam frugi, & populari restituo. Plat.

Zenon Eleates, conviciis lacessitus, cum incandesceret, reprehensus, quod Philosophus verbis improborum commoveretur: Si convicia, inquit, a quo animo suscipio, anne laudis particeps ero? Lapidis, & trunci est, inter laudem, & vituperium nullum plane habere discrimen. At philosophi, ita commoveri, ut nihilominus ab honestatis tramite non recedat. Laertius lib. 9. cap. 5.

Idem, cuidam percontanti, quo pacto esset affectus erga convicia? Perinde, inquit, atque si elegans absque responso dimittatur. Significans, eos, qui non habent, quod respondeant, ad convicia solere confugere: eaque non plaris oportere fieri, quam si nihil esset responsum Laert. lib. 7. cap. 1.

Archytas Tarentinus, intuens villicum suum malè meritum: fumplicem, inquit, de te supplicium, nisi iratus fuisset. Maluit impunitum relinquere, quam per iram amplius justo punire. Nimia Archytæ moderatio: quia alium quem postus castigat-

ret, invenerat, id est, seipsum. Valer. Max. lib. 4. Vide Senecam, & Plutarchum de Ira.

Philostratus memoriae proditur cum multa in crudelitatem ejus ebrius conviya dixisset, nec desissent, qui vellenti manus commodare, & alius hinc, alius illinc faces subderent, eum placido animo tulisse, & hoc irritantibus respondisse, non magis illi se succensere, quam si quis obligatis oculis in se occurrisset. Seneca lib. 3. de Ira, cap. 11.

Dionem Philosophum, è convivio redeuntem, quidam maledictis infestabat, nullas non blasphemias eruans. Tacenti, jam domum ingrefturo dixit conviciator: Nihil vero respondes? Cui Dion: Ne quid quidem. Plut. & Stob.

L. Sylla, cum Dictatorem praestantissimam dignitatem omnium deposuisset, ut eorum, quae fecisset, si quis exegeret, reddererationem sciret: ab adolefcente quodam conviciis lacessitus, dixisse fertur: Adolefcentia docebit, ne quis deinceps Dictatorem sponte ponat. Tanta patientia adolefcentis insolentiam pertulit. Plutarchus, Appianus, & Cuspianus A. D. in Cass.

EXEMPLA PATIENTIAE SECUNDUM VARIA ILLIUS OBIECTA.

Ex M. Marulo, & alii.

PATIENTIA INJURIAE SEXUS VIRILIS.

SEXUS VIRILIS.

EX S. SCRIPTURA.

Opportune eorum nunc proponemus exempla, quos in perferenda injuria fortes fuisse accepimus, deinde de reliquis Patientiae generibus suo ordine dicturi.

Joseph fratrum in se invidiam beneficiorum relatione compensavit. Fame, qua laborabant, interisisset, nisi ille eos aluisset, in cuius necem conspiraverant, quem in cisternam, ut ibi exstingueretur, dejecterat, quem mox, ut in servum potius quam liber moretetur, inde exemptum alienigenis venderant. Non esset magna in Joseph patientia, & benignitatis virtus, nisi & magnum in illum sevientium fratrum exstisset odium: tantò plus laudis meruit, quanto majorem injuriam remisit. Gen. 42.

Moyfes illam sibi non levem verborum contumeliam, & G. fratri Aaron statim ignovit, & pro Maria sorore deprecatus est. Quamque Deus lepra morbo pro crimine pecculantiae corripuerat, ipse ut sanaretur, orando impetravit.

Idem cum vituli adorationem incensens Deus populum internecone delere pararet: Aut dimitte eis, inquit, aut dele me de libro tuo, quem scripsisti: tamen sibi insultantes in deserto saepe expaverat, ita ut diceret: Adhuc modicum, & lapidabunt me. Dissidi ergo, & simulatum oblitus, nisi impune dimittantur, simul optat mori. Ac ne forte ideo illis gratiam ab eo quaesitam putemus, ut superis, quibus ipse praesit, jam Dominum audierat pollicentem sibi: Faciam te in gentem magnam. Sed majus existimavit pro malo reddere bonum, quam praesidere plurimis. Exod. 32.

Saulis quoque regis illa patientia commendatur, qua rex factus, cum à quibusdam suorum contemptui haberetur, nosse dissimulavit. 1. Reg. 10. Deinde victis Ammonitis, cum triumphans rediret, milites, qui eam contumeliam armis ulcisci moliebantur, coereuit: Turpissimum ratus, si H paucorum obretractantium invidiam ferre nequivisset, qui tot millium bellatorum exercitum potuit superare. Magni profectò animi vir si vitius postea non fuisset depravatus, ita ut idem & patientia, & impatiencia exemplum sit. 1. Reg. 11.

Innocentissimum namque David, & semper optimè de se meritum capitali odio persecutus est, ob hoc tantum, quia sibi militaris virtutis gloria cum praeseri audivit. Sed quanto ille adversus David exitit infensor, tantò ipse erga eum de gestis submissus. Necis in persecutorem suum non femel potestatem nactus, semper illatum dimisit, fugiendo invidiam declinare malens, quam ulciscendo. Denique ipsum, qui vivus vita suae infidiabatur, ad hostibus laetum flevit. Hanc tantam in eo patientiam, tantam animi mansuetudinem magis ego miror, quam belligerandi praesantiam, cum multo magnificentius sit, seipsum, quam hostes vincere. Scipsum autem vincit, qui perturbatae mentis libidinem rationi cedere cogit, & injuria lacessitus non exandescit. 2. Reg. 18.

Eundem, cum de Jerusalem fugeret, filii Absalonis factionem timens, & Bahurim usque venisset, inde egressus, Semci Gerar filius de cognatione Saul, per montis crepidinem ex latere

tere incedens, ausus est maledictis, & lapidibus inceslere, vi-
 rum sanguinum, ac virum Belial compellans, aliaque multa
 in illum congerens tam perulenter, quam temere. Qui cum
 rege erant, ad ulciscendam injuriam concitantur, sed ab ipso,
 cui rogabatur, inhibiti sunt. Eradmittite eum, inquit, ut
 maledicat. Dominus enim precepit ei, ut malediceret Da-
 vid: Et quis est, qui audeat dicere, quare sic fecit? Et ecce fi-
 lius meus, qui egressus est de utero meo, querit animam meam:
 quam magis hic filius Gemini maledicat mihi? Dimitte eum,
 ut maledicat: iuxta preceptum Domini, si forte aspiciat Deus
 afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro ma-
 ledictione hac hodierna. Quid hac patientia humilior? quid
 humilitate patientius? Rex erant, & quidem fortissimorum
 virosum grandi agmine stipatus, & tamen unius privati ho-
 minis tantas coram acceptas contumelias dimisit impunitas.
 Neque cum spes illa frustrata est, quia sibi pro maledictis pro-
 prietarium Deum dixit. Potest hac animam omnium inimico-
 rum suorum molitius liberatus gratias egit, dicens. Accixi-
 sti me fortitudine ad prelium, incurvasti resistentes mihi sub-
 tus me. 2. Reg. 16. 22.

Job quoque contentem audientem, ab omni proflus vindi-
 ctæ appetitione semper se fuisse alienum. Ait enim: Si gavi-
 sus sum ad rusiam ejus, qui me oderat, & exultavi, quod in-
 venisset eum malum. Non enim dedi ad peccandum guttur
 meum, ut expecterem maledictis animam ejus. Molliter igitur
 ferendo inimicos ulque adeo furios evasisti, ut nullo demum
 calamitatum genere ad aliquid impatientie signum impelli
 potuerit. In maximas quidem incidit ærumnas, sed omnibus
 ærumnis major in illo tolerationis virtus fuit. Denique qui
 non est gavius ruinis inimicis, idem nec suis vincti potest.
 Job. 13.

Sed quibus tandem verbis, quo te ore Domini nostri Jesu
 Christi patientiam explicabimus? Perfectio major est, quam
 ut pro dignitate exprimi queat. Dei Filius ab hominibus, pro-
 bris, flagellis, morte afficitur, justus ab impiis, Dominus a fer-
 vis, & ab his quidem, quos salvare venerat, ac de maledictione,
 cui additi ab initio erant, in benedictionem, gratiamque
 vindicare. Poterat in uno oculi ictu simul perdere omnes, ne
 quid mali ab eis patere: sed ultro obtulit sese, ut nos per sui
 Corporis Sacrificium conciliaret Deo. Irridebatur itaque, &
 tacebat: accubabatur, & nihil respondebat: verberabatur, &
 sustinebat: crucigebatur, & pro crucifigentibus ad Patrem
 orabat. Quis tam durus est, ut hac secum considerans, ad
 ignoscendum eis, à quibus læsus fuerit, non mollescat? Indi-
 gnæ ille passus est, quicquid passus est, quia delictum non fe-
 cit. Nobis nulla proflus injuria indignè inferri potest, qui
 peccatores sumus. Feramus ergo æquo animo quicquid in nos
 committunt homines, quia nos ante peccavimus Deo. Quic-
 quid patimur, non est offensæ, sed vindictæ.

Idem omnis patientiæ & exemplar, & magister, & remun-
 nerator Jesus Dominus, cum à Samaritanis non fuisset in ur-
 bem receptus, tam leniter tulit, ut Jacobum, & Joannem ulci-
 scendi injuriam volentes increpaverit. Vis, inquit, dicamus ut
 ignis descendat de caelo, & consumat illos: & responsum acci-
 piunt: Nescitis, cujus spiritus estis. Filius hominis non venit
 animas perdere, sed salvare. Nos igitur si spiritus Christi esse
 cupimus, si parere voluntati ejus optamus: curemus, ne quem
 impatientia nostra irritandi perdamus, cum ille sustinendo
 pro salute omnium voluerit mori. Luc. 9.

HISTORICA.

Beatus Episcopus Martinus, dum asello veheretur, forte
 D obviam fit quibusdam equitibus, eo viso terri equi, saltibus
 in diversum actis, suum quique sefellorem dorso excurrere, &
 illi casum indignantes, Episcopo immodestius insultarunt,
 ita ut nec manibus temperarent. Sed rursus consensens
 equis, cum loco eos & calcariibus, & flagris urgendo move-
 re non possent, divinam in homine virtutem (quem impro-
 be vexaverant) animadvertunt, & repente ante ipsum sup-
 pliciter provolunt, peccatum confitentur, & veniam expo-
 sciunt. Tunc ille pro injuria beneficium referens, eos amice
 amplexatus est. Equis autem, ut dominis suis obedirent, im-
 peravit, qui quasi vinculis, carceribusve soluti, statim abiere,
 iter coeptum maturantes. Merito brutis belluis imperare po-
 tuit, qui superborum hominum offensam tam moderate tui-
 lit: merito vitula fecit, qui læsus irasci nescivit. Sever. Sulp.
 in vita S. Mart.

Lupus I recanæ urbis Episcopus, Atrila civitatem obsiden-
 te, interrogavit quis hic esset, qui sic in se arma læcesseret. Ubi
 accepit, Atrilam flagellum Dei esse, ingemiscens ait: Et ego
 Lupus vastator gregis Dei: dignus flagello ejus. Porta eis

referari jussit. Ingressi autem hostes, rectâ urbem per-
 tranfieri, nihil hostiliter agentes, nec repincientes quidem E
 ad quenquam oppidanorum, quasi neminem vidissent. E
 tantam tutandâ civitatis gratiam Deus contulit Lupo, ut
 qui se dignum flagello confessus fuerat, à flagello liber ef-
 fect. Sur. Tom. 4.

Benedictus Abbas Florentium Presbyterum vitæ suæ in-
 fidiantem, patientissimè tulisse perhibetur. Panem veneno
 infectum sibi ab illo muneri mistum (licet dolos cognovisset)
 benignè accepit, ne recusando scelus hominis (quod ceteros
 latebat) proderet. Cæterum abeuntibus qui panem attule-
 rant, corvo aliti præcepit, ut illum rostro sublatum eò tranf-
 portaret, ubi contingi nemine posset: & protinus volucris
 illa jussu ejus obedivit, cujus sanctitati homo invidebat, ut
 appareat, invidios homines bestias minus rationales esse. Deci-
 pi autem Dei servus non potuit, Spiritui sancto infidias re-
 velante: eastamen ipse nosse tunc distulit argui, ne malitiam
 inimici palam faciendo, suam ultus injuriam argui posset, ti-
 mens illud: Qui vindicari vult, à domino inveniet vindictam.
 Gregor. Dial. lib. 2. cap. 7.

Florentius verò in flagitio perseverans, quem occulta
 fraude vincere nequivit, aperto bello aggredi decrevit. F
 Meretriculas ergo de prostibulo convocatas in hortum
 Monasterii adduxit, quæ impudenter inter se lascivendo
 monachos ad libidinem provocarent. Abbas autem cum
 jam non vitæ suæ unius, sed animabus cunctorum, qui
 secum erant, periculum veriti vidisset, loco cessit, & una
 cum suis longius inde demigravit. At hic sceleris infelicis-
 sima pugna victor, quod eos fugere compulisset, exul-
 tans domum rediit. Sed cum lætabundus tripudicaret, rep-
 tentino pavimenti collapsu elisus, expiravit. Benedictus
 verò exitialis inimici tristem exitum vehementer dolens, di-
 scipulum suum Maurum, quod eo nuntio lætari videbat-
 ur, punivit: ut doceret, ne persecutorum quidem malo
 quenquam gaudere debere, cum etiam inimicos diligere,
 & pro eis orare, Domini præceptum sit. Sed eodem exem-
 plo timeant tandem & improbi justos infectari, qui quan-
 vis ab ultione sui se continent, justum tamen ultorem Deum
 habent. Ibid. c. 8.

Bernardus Abbas Presbytero cuidam monachum profiteri
 volenti refragatus est, quod cum etiam interitus perfectum
 esse posse diceret. At ille repulsum aggrere ferens, atque iræ
 impatiens, eidem, qui dudum supplicaverat, pugnum in fa-
 C ciam iniecit. Frater vindicare volebat Abbatis injuriam,
 sed ab ipso inhibiti sunt, obsecrante, atque obtinente, ne vin-
 dictæ animum intenderent, sed eum potius, à quo se læsum
 scirent, impunitum dimitterent. Æquissimum enim esse, al-
 teri parere ipsum, qui quotidie à Deo sibi parci ex-
 peteret: cum præsertim veritas affirmet, dicens: Nisi dimiseritis,
 non dimittet vobis. Ferre igitur, non resisti verbera illum
 oportet, qui ad pacis æternæ quietem pervenire contendit. In
 vit. Bernardi. lib. 3. c. 6.

Unde & Christophorum Martyrem, cum à Præfecto Sa-
 mi colaphum accepisset, dixisse ferunt, repercussissent, si
 Christianus non essem. Proprium ergo Christiani, esse existi-
 mavit pati, nec vindicare injuriam. Sur. Tom. 4.

Gregorium quoque Pontificem ne summa quidem dignitas
 ad injuriæ impatientiam compulsi. Mauricio Augusto, filius-
 que ejus se persequentibus dicitur scriptis: Quoniam ego
 peccator sum, vos tanto magis (ut opinor) Deum vobis
 conciliatis, quanto magis me illi ignaviter terrentem affli-
 gitis. Post hæc Imperator, cum solus esset in conclavi, vi-
 dit monachum ad se intrantem, striditque ens ferociter
 minantem, nisi Pontificis persecutione protinus cessaret.
 Eo visu terreat, incundantem, & veniam ab eo, cui ve-
 hementer inmensus fuerat, petit, & odium in amicitiam com-
 mutavit. Itaque ipsum, cum multorum bellantium exercitus
 resistere nequivisset, unius hominis tolerantia fregit. Victus
 que est patientia, quem arma vincere non valuissent. In vita
 Gregor. lib. 4. cap. 17.

S. Elzearius anno ætatis suæ 27, patre ipsius defuncto,
 factus est Comes Ariani, & Baro Ansoiffi ex patris institutio-
 ne. Atque tum primum Italiani petiit, ejus Comitatus occu-
 pandi causa. At verò Ariani oppidum triennio ei rebellavit,
 multaque injurias, nec parva damna, & contumelias sibi per-
 pessus est. Interdum etiam infidias ei struxerunt, & crimina
 affixerunt. Sed ille multis licet modis ab eis læcessit, & di-
 vexatus, nunquam ultionem appetit, neque unquam ultus est.
 Volebat quidem princeps Tarentinus, qui cum imprimis cha-
 rum habebat, ejusque injuria valde dolere, complures ejus
 urbis

urbis homines suspensio necare, plerosque mutilare, ut
 A ceteri terri offitium suum facerent; sed ille non permi-
 sit, immò verò constanter, ne id faceret, impedit, di-
 cens: præpotentem Deum, & justitiam ejus quandoque
 ad sanitatem reducturos. Quod etiam ita evenit: ejus enim
 patientiam obtinuit apud Dominum, ut postea ab omnibus
 patientiam honoraretur, ut Dominus, amaretur ut pater. Ibi tum
 illis honoraretur, ut Dominus, amaretur ut pater. Ibi tum
 quisdam litteras invenit, in quas quidem nobiles scriperant
 quosdam adhuc viventi, in quibus graviter quidem, sed
 patri ejus accusabant, multumque urgebant patrem, ne eum
 falso eum accusabant, multumque urgebant patrem, ne eum
 scriberet hæredem, permultis fallaciis, & proditoriè ad
 efficiendum adhibitis rationibus, & argumentis. Quas
 litteras cum sancta Delphina conjugi suæ in conclavi le-
 gisset, illa sciscitabatur, velletne eas calumniatoribus illis
 ostendere, ut submissius sese gererent, & tanti sceleris du-
 ceantur penitentia. Respondit autem mississimus juven-
 nis: Ego vero totum hoc facinus ex animo condono,
 nec volo has ei litteras ostendere, immò eos sibi perua-
 dere volo, mihi de his nihil proflus consistare: si enim per-
 cipere illas in manus meas incidisse, jam magna ex parte
 penas darent: semper enim timeant sibi à me, & per-
 petuo suspectum me haberent. In vita ejus cap. 22. apud
 Sur. 27. Sept. tom. 5.

Agilius Monachus Columbari Abbatis discipulus, cum
 manum arefadam ei, qui se in itinere educo gladio ferire
 voluerat, sanitate restituitur: Theodoricum regem, ad quem
 ibat, Abbatii suo Columbariano iterum, anequam audisset,
 fama miraculi preveniente, placavit: ita ut quem ille dudum
 à monasterio expulerat, protinus revocaret. Igitur in Agi-
 lii benignæ patientiæ virtus manum alterius male affectam
 sanavit, regis iram mollivit, Abbatem in gratiam reduxit.
 Qui si pro inimico orare neglexisset, nihil horum procul-
 dubio efficere potuisset.

Libertinus Fundensis Cœnobii Monachus, ab Abbate
 irato in faciem scabellò graviter percussus, ne gemitum
 quidem edidit, sed tacitus in cellam suam se recepit.
 Postero autem die negotii causa, quod sibi inductum fue-
 rat, ad civitatem iturus, Abbatem adiens eundem potesta-
 de more petiit. Ille ob acceptam injuriam discessu-
 rum ratus, cur id peteret, interrogat: sed cum causam di-
 C ciscisset, animadvertit ipsum, tametsi lividum adhuc, &
 tumentem ex verbera faciem præterret, injuriæ tamen om-
 nino non recordari, & patientiam ejus admittit, genua
 submitit, se peccasse confitetur, veniam postulat. Liberti-
 nus verò, & ipse in terram proci dens, immò se peccasse
 f, afeverabat, & sibi magis veniam poscere convenire.
 Sic patientis discipuli humilitas magistri fregit duritiam, &
 cui murmuranti iracundus senex plus fortasse mali intu-
 listet, est malum illatum modicè ferenti se subjecit. Gregor.
 Dialog. lib. 1. cap. 2.

Insuper Libertinus quo volebat dimissus cum pervenisset,
 & unde livorem in facie haberet rogaretur, se in scabellum
 impigisse respondit. Ferens quoniam patienter ictum pertu-
 lerat, sapientie donum accepit, ut rationem inveniret, qua
 & Abbatis crimen celaretur, & quod verum erat, sciscitanti-
 bus referri posset, ut idem tam expere mendacii foret, quam
 erat impatientiæ perturbatio alienus. Ibid.

Paulum in partibus Ægypti Abbatem Cassianustradit,
 magno Monachorum, & suorum, & alienorum cœtu dis-
 cumbente (quitunc eò forte convenerant) suo cuidam
 D discipulo adolescenti, quod tardius serculum apposuisset,
 colaphum impigisse, ita & illi, qui non viderant ferientem,
 ictus tamen sonitum audierunt. At vero ipsum, qui per-
 cussus fuerat, tanta patientia usum, ut non mutiret, non
 tristitiam fronte præterret, non vultum demitteret, non con-
 fessionem saltem mutaret. Omnes tantam adolescentis con-
 stantiam admirati, tandem dixerunt, Abbatem quoque pa-
 tientiæ illius confcium, id ex industria, non ex culpæ cas-
 tigatione egisse, ut scilicet ipsa patientiæ virtus ceteris
 (quibus adhuc incognita erat) exemplo foret. O invicti ani-
 mi juvenem! Percussus in maxilla ita stetit, ut præbere vi-
 deretur & alteram, ac tacitus diceret: Posui faciem meam
 ut petram durissimam, & scio quoniam non confundar. Cas-
 sian. Coll. 19. c. 1.

Idem Cassianus Paphnutii quoque Presbyteri impubis ad-
 huc patientiam commemorat, dicens. Quod cum inter frat-
 res Sythioteque solitudinis persanctè versaretur, quidam in-
 vidie simul sigitatus excogitavit, quem admodum illum de-
 lecti insinularet, & captata occasione, dum dominico die
 Paphnutius cum ceteris ad Ecclesiam convenisset, cellam

ejus clanculo adiens, codicem suum inibi absconditum
 reliquit. Cumque mox & ipse Ecclesiam esset ingressus, E
 precatone solemni peractâ, questus est, codicem sibi esse
 furto ablatum. Novum erat id crimini inter eos audire,
 & cunctis mirantibus ipse, quid dicerat, petiit, ne quis an-
 te ab Ecclesia discederet, quam missis fidelibus viris ubi
 lula singulorum excuterentur. Missi seniores codicem, ubi
 suppositus fuerat, inter palmas Paphnutii ficellas inven-
 tum referunt. Dii atronitus hoc audio stetit Paphnutius,
 neque ausus est negare, quod tam aperto affirmabatur ju-
 dicio, & ut sibi penam, qua satisfaceret, imponeret, ro-
 gavit. Indè verò egressus, per duas hebdomadas jejuniis,
 ac fletu sese afflixit, nec interum ad communionem accedere
 præsumpsit, sed tandem in limine Ecclesiæ coram prostra-
 tus, veniam petiit, cum innocens esset. Tunc demum de ju-
 dicio factum est, ut ejus ignominia auctor demone atre-
 ptus, nequitiam suam, ac dolos confitendo proderet. Qui
 cum diu, multumque vexatus à sanctissimis viris curati ne-
 quivisset, postremo ipse Paphnutii oratione curatus est.
 Sicque mitis, ac modestus adolescens, jam labefactam
 honestatis, & sanctimonie famam patientia sua reparavit,
 pietate auxit, dum & inculpatus tolerat, & offensus miseretur. F
 Ibid. Coll. 18. cap. 15.

Sed ne quis ab ingratis saltem per impatientiam sub-
 trahenda esse beneficia existimet, EULOGIUS Presby-
 ter Alexandrinus, leprosum quemdam domi susceptam jam
 per annos quindecim benignius, quam dici potest, alue-
 rat, & tandem pro tanto pietatis officio convicia excipiens,
 & ab eo cui pro amore Christi, & contempto contagio-
 si morbi periculo, suis ipse manibus ministrabat, contu-
 meliis afflicto affectus, jam quid ageret, nesciebat: Anto-
 nium ergo Abbatem consuluit, utrum illum dimittere de-
 beret, à quo talia patiebatur. Utrique consultum est, mo-
 dicum adhuc sustinerent, donec alter sicut pietatis, ita
 & patientiæ meritum impleteret, alter ingrati tudinis vitium
 emendaret, ne gaviorem animi quam corporis lepram in-
 curreret. Itaque cum admoniti tranquillius manere simul
 cepissent, Eulogius dies quadraginta supervixit, leprosus
 die tertio post eum obiit. Pius ergo, ac patiens Eulogius
 consilio sanior usus, geminæ tandem virtutis diadema-
 ta meruit coronari. Quod nequaquam meruisset, si il-
 lum, quem languentem misericorditer acceperat, ingratum
 impatienter repulisset. Junxit patientiam pietati, &
 duplum adeptus est felicitatis præmium. Pallad. His-
 tor. 26.

DAVIDES ille divinus, tantum fructum ex doctrina
 magni Eusebii hauserat, ut absque ira, & exandescencia,
 quadraginta quinque annorum tempore vixerit. Neque
 enim post susceptam præfecturam vidit eum aliquis super-
 tum ab hac animi perturbatione, quæ eum, ut est verisimile,
 essent innumerabilia, quæ cogere, centum enim &
 quinquaginta viri pascabantur ab illius dextera: aliqui qui-
 dem summa, & excellenti virtute, & eam, quæ est in celo,
 vivendi rationem imitantes; alii verò qui pennas tunc
 primum producebant, & terram transilire, & supervolare
 docebantur. Et tamen cum tot essent, qui divina docebantur,
 & aliquid, ut verisimile est, delinquerent: neque enim
 facile fieri potest, ut qui modò veniat, rectè se gerat in
 omnibus: mansit immobilis vir ille divinus, tanquam in-
 corporeus, nulla eum occasione ad iram excitante. Hoc
 enim non solum accipi ex auditione, sed etiam ex ex-
 H perientia. Nam cum aliquando desiderasset videre illum
 gregem, accessi habens etiam alios socios peregrinatio-
 nis, qui eandem, quam ego, vitam amplectebantur. Toto
 ergo tempore hebdomada apud illum virum divinum de-
 gentes, vidimus ejus vultum nullam accipere mutationem,
 neque nunc hilaritate diffundi, tunc verò tristitia contra-
 hit: oculos quoque similiter non aliquando quidem truces,
 ac torvos, nunc verò lætos: sed in eodem semper hons-
 fit, decotique tenore permanere. Hi autem sufficunt ad
 arguendum animi tranquillitatem. Theodoretus in bist. 55.
 Patr. cap. 4.

De Abbate Gregorio patre monasterii Abbatis Theodosii
 natravit nobis Abbas Theodosius ejus discipulus, bonus,
 ac mitis, & humilis, qui fuit Episcopus Capitoladis: quod
 duodecim annos observasset eum, si vel semel turbaretur,
 & nunquam turbatum vidit, idque in hoc tempore, quando
 omnis defidia, & negligentia, & mollities, & inobediencia
 regnat. Quis autem, ajebat, ita frenavit oculos, sicut pater
 noster sanctus Gregorius? Quis ita posuit januam aurbis,
 sicut

sicut beatus iste? Quis ita continet linguam, sicut pater noster? Quisnam solaris ita illustravit terram, sicut pater noster nostrum omnium corda radiavit? Prati spiritus, c. 109.

Alexius quoque Patrius Romanus, sicuti voluntarie paupertatis perpetuus observator, ita ad tolerandas injurias patientie exitit assiduus cultor. Mendicis (ut Christum lucraretur) sponte factus, cum in Syria diu de elemosynis vixisset, Romam rediit, & in paterna domo pro inopie susceptus, annos decem, & septem nulli cognitus mansit. Toto eo tempore a servis patris indigna passus, dureque acceptus, non se prodidit, neque de aliquo conquestus est. Ridenti, verberati, sacra colluvione perfundi a mancipiis patienter sustinuit, ut Christum suum (cujus paupertatem securus fuerat) tolerantia quoque humilitate exprimeret. Quis autem effecit, qualiterque vixisset, divinitus tandem revelatum est, tunc scilicet, cum e vita discederet, ne tanta patientie exemplum ignorata generis claritate in obscuro foret. Neque enim satis magnus erat, & ipse (ut videbatur) servilis conditionis fuisse crederetur. Maximum vero fuit, & omni admiratione dignum, filium familias patre Consulari natum, & ita se domesticis submissis servis, ut illis omnibus magis in finibus appareret. Metaphr.

Florentinus Nursia Provincia Solitarius, in illos, qui sibi ursum bestiam intermerant, invidentes quod sylvestre animal homini serviret, dixisse fertur, sperare se in eos Deo ulciscere commissum luituros. Inde ergo ursum caedis rei repentino lepra morbo confecti, paucos post dies versis in sanium corporibus contabuerunt. Tunc qui urfi necem doluerat, horum inopinatum mortem mœtore, ac lachrymis inconsolabiliter prosequi cepit, seipsum reprehendens, quod pius in belluam, impius in proximos fuerit, quod illi ursum, illos ipse peremit, quos ita ac seipsum diligere debebat. Postremo in tantum cum poenituit verba vindictæ protulisset, ut si fieri posset, sua morte illorum, qui consumpti fuerant, vitam redempturus videretur. Itaque semper seibat, fletu ipso ostendens, ne mentionem quidem vindictæ esse faciendam. Nos ergo cum laesi fuerimus, linguam quoque a maledictio coerceamus, quando vox paulo acerbius adversum injuriam auctores emissit, huic Dei servo tantæ inquietudini, tantoque angori fuit. Gregor. Dial. lib. 3. cap. 15.

Ob hoc sanè Paulus cognomento Simplex uxorem suam cum adultero deprehendens, ne tantam injuriam ulcisci cogere, statim ad verus abiit, domi excessit, & se Monachum fecit, magnique Antonii dignus evasit discipulus. Denique manus illas, quas a vindicanda ignominia continuerat, ad Deum porrigens, nihil petiit, quod non impetraverit, maximeque in faciendis miraculis insignis fuit. Pallad. Hist. 28. & Hist. Trip. lib. 1. c. 11.

Macharium verò Alexandrinum, Scythicæ solitudinis cultorem, tradunt, dum culicis ictu percitus, palmæ percussione illam corpori allisset, extinxissetque, mox facti poenituisse, atque affixisse se: ita ut sex menses nudus per eremi loca deambulans ultrò culicum moribus se expulserit, ruleritque multarum injuriam, qui unius non pertulerat. Usque adeo igitur sanctissimi viri omne proflus vindictæ horrebant genus, ut à bestis, nedum ab hominibus offensus, quàm ulcisci status putarent, illud semper animo versantes: Mihi vindicta, & ego retribuam, dicit Dominus. In vitis PP.

Unde Cassianus de sene quodam Christiano hac patientie D virtute prædico testatur: Cum apud Alexandriam infidelium turba conspicius maledictis, impulsibusque agitaretur, & ab eo quærerent, quid unquam miraculi fecisset Deus ejus Christus? ipsum respondisse: ut is, quas inferas, atque majores non moveat, neque offendat injuriis. Rectè id quidem eveti potest domus, quæ supra petram fundata est. Petra autem est Christus. Denique qui confidit in Domino, sicut mons Sion non commovebitur in æternum, in persecutionibus gloriatur, in adversis gaudet, in omnibus Deo gratias agit, & illi soli penitus inhærens, offensas non sentit improborum. Cassian.

Idem auctor, Multi Abbatis patientiam scriptis commendans, ait: Cum suscepto religionis voto filium quoque parvulum secum ad Cœnobium adduxisset, de industria puer malè a fratribus accipiebatur, coram patre subinde casus, ac sæpe per capillos tractus, ob hoc solum, ut patris in eo contenti periculum facerent. Ille ergo neque fratrum ver-

beratione, neque unici filii jugibus plene lachrymis moveri poterat, ut vultu satem tristitiam præferret, quin potius gaudebat, cum quoque quem generat, quotidianis castigationibus ad patientiam erudit. Itaque nunquam, cur sic durè attereretur, quaesivit, nunquam ad flentem respexit, nescibat se ejus patrem, quem dedicaverat Deo. Adhuc etiam (ut alibi diximus) in proximum flumen illum proicere passus, promptè voluit obediens, nihil non faciendum ratus, quod ab Abbate esset injunctum. Igitur post probatam primo tolerationis, deinde obedientie virtutem, Senior Cœnobii ipsum cunctis præponens sibi successorem reliquit, prælit omnibus, qui omnium patientissimus, obsequentissimusque fuerat habitus. Cassian. lib. 4. cap. 27.

EXEMPLA FOEMINARUM. S. SCRIPTURÆ.

Prosequamur modò infirmioris quoque sexus in perferendis injuriis æquanimitatem. SARA Raguelis filia ab ancillis probro petita, quod intersectrix esset virorum, non ad vindicandam ignominiam animum applicuit, sed ad Deum precibus porrexit, ut sicut crimine se carere nosset, ita infamiliam faceret, inde, illa, quæ jam septem maritis orbata fuerat, in octavi Tobie thalamo feliciter conquevit, multoque inter se rerum successu diu latati sunt: Tantum profuit non vindicasse contumeliam, sed pro abolenda orasle. Tobie lib. 3.

CHANANÆAM mulierem in Evangelio patientia voti compotem fecit. Cum repelleretur, non indignabatur, & canibus comparata, magis se submisit. Quod ergo confidenter petierat, efficaciter obtinuit, dum contempta, atque despecta, mitis, modestique animi constantiam non dereliquit.

HISTORICA.

Euphrasia Virgo (cujus sæpe mentionem fecimus) coram illa, à qua contumeliam indignè acceperat, ad genua proiciens, veluti quæ offendisset, veniam petiit. Abbatissa quoque in illam animadvertere volenti, ut misam faceret supplicavit, nihil ei malè referere cupiens, à qua passa injuriam fuerat, ut patientiæ remunerationem à Deo sperare posset. In vitis PP.

Et Paula Græcorum stirpe nobilis, fide nobilior vite humilitate, cum ne ipsa quidem, quæ omnia contempserat, propter Christum mortui hominum carere posset, nihil quicquam molestè ferebat. Cumque audisset, se quorundam judicio stultam, ac mentis emotam reputari: Theatrum, inquit, facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus: nos stulti propter Christum, sed stultum Dei sapientius est hominibus. Hier. in Epitaph. Paula.

Elizabeth Pannonum regis filia: postquam amisso viro, distractisque fortunis, Deo in paupertate servire cepisset, forte per semitam peregrinis hinc inde lacunosis silicibus voraginosam, nota cuidam fœmine, & in quam non pauca quondam beneficia contulerat, facta esse obviam. Quæ contemptum admodum, superbèque occurrentes, ipsam quam antea colere, observareque, tunc per injuriam adverso impulsam latere evertit in lutum, atque præteritis. Multo ergo deturpata cœno, Christi ancilla nihil indignationis præ se tulit, sed tacita tantum suspiravit, gaudens se ab hominibus despicì, ut placeat Deo. Conrad. Concion.

Quamobrem quædam ultra etiam quaesire, ubi jussece H modi patientie virtutem exercere. Sicuti illa nobilis Alexandriæ matrona, quæ (ut tradit Cassianus) Athanasium Episcopum adiens, petiit sibi dari unam ex viduis, quæ Ecclesiæ impensis adhiberetur, cum ipsa beneficiæ posset. Cæterum cum petenti optima concessa esse, quæ deinde accepit, non ex animi sui sententia viduam sibi datam. Ea igitur relictura, deterrimam omnium accepit. Et dum illi benignè, humaniterque deserviret, nihil ab ea nisi contumelias, maledictaque referebat, verbera quoque interdum excipiens, ne quid ad exercendam animi tolerationem desset. Inde lata gratias egit Athanasio, quod eam tandem sibi delegisset contubernalem, cui pro malo bonum, pro injuria beneficium reddere assuesceret. Nam se ab illa priore (juniora mitis, & mansueti ingenii erat) officii fuisse superatam. Sancta ergo, ac prudens fœmina, eam sibi convicerat lociam, quam non tantum liberaliter alendo pietatis meritum consequi posset, sed etiam constantem perferendo patientiæ adicipi mercedem. Quarta quæque

quæque est, quæ talem non abdicasset filiam, qualem ista A alienam adoptavit? Quæ cum ita manens, se perditum iri non timeret, qualem ista, ut uberiori beatitudine promereri posset, elegit? Cassian. Coll. 18. c. 14.

Patientiam quoque veræ humilitatis comitem, & amicam, omnibus necessariam volentibus possidere animas suas, ut Christus ait, diligentiissime conservavit S. Heduvigis Ducissa Polonice, nulli unquam irascens, aut duritè respondens: sed omnes comiter appellans, & alloquens; verbis consolatoris cunctis se præbebat affabilem semper, quantum quidem fas esset, religiosa maturitate servata. Quisquis ille esset, qui aliquid ei molestia, aut quod perturbationem afferre posset, quavis ratione intulisset, nihil ab ea audivit, nisi hoc dumtaxat, aut quidpiam ejusmodi, placidè, & lenitè ab ea prolutum: Cur hoc fecisti? Ignoscat tibi Deus. Ea illius fuere erga eos, qui molestiam ei exhibebat, convicia, & impropria, atque hunc in modum illos ulciscabatur. Accidit aliquando, ut unus ex ministris ejus, Chualislaus nomine, qui postea S. Domini institutum complexus est, tres elegantes lychpos argentesos perderet. At illa nunquam id ei impropèravit, nulla commoti animi signa ostendit, nec aliud dixit, nisi, Abi, & quære diligentius, si forte possis invenire, quod negligenter custodivisti; idque tanta modestia pronuntiavit, ut egrè ferre non posset homo ejus culpæ reus, quem admodum ipse postea testatus est. In iis rebus, quæ magnam possent afferre perturbationem, virilem semper, atque constantem animum, & jucundam faciem exhibebat, hoc ipso docens patientia molestiam omnem superandam. In vita ejus c. 3. apud Sur. 15. Obob. tom. 5.

PATIENTIA DAMNI. EX S. SCRIPTURÆ.

Rerum jacturam fortiter feremus, si nihil accidere absque divino nutu posse crediderimus. Cum ita Dei voluntas fuerit, quis est, qui resistit ei? Si peccavimus, vult ut castigati ad penitentiam convertamur. Si non peccavimus, ut sustinendo humilitate proficiamus. Non est tibi querelæ locus, ubi exercendæ occasio datur virtutis.

Job inter omnes Orientalium magnus (ut scribitur) peccorum C utque copia, & servorum, familiarique nobilitate. At verò his repente amissis non solum inter Orientales, sed etiam Occidentales magnus fuit. Patientia ejus in adversis ubique terrarum prædicatur, atque extollitur. Dum autem profperitibus frueretur, in patria tantum notus erat. O verè magnus, & omnibus sæculis memorandum virum! cum die uno tot opibus, tot servis, tot liberis orbatum se cognovisset, corruens in terram Deum adoravit. Et, nudus egressus sum, inquit, de utero matris meæ: nudus illic revertar; Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. In omnibus his non peccavit Job labiis suis, neque stultum quod contra Deum locutus est. Quia certè, vel labiis peccare Deo, majus damnus, majoremque miseriam esse existimavit, quàm cuncta, quæ habuit, simul amittere.

Ezechias cum omnes divitias suas nimis jactanter ostentatè legatis regis Babyloniorum, omnes pariter Babylonem Deo penitente transferendas audivit. Cum ergo tantam jacturam se facturum didicisset, non est turbatus. Sed quia peccaverat, libenter & peccati penam admittit, dicens: Bonus sermo Domini, quem locutus est, fit tantum pax, & veritas in diebus meis. Quæ patientiæ humilitate meruit, ut illa regis gazæ direpto ad successores suos Joachim, & Sedechiam usque differretur, quando etiam populus ipse ob delicta ductus est in captivitatem. Non sensit damnus, qui eo se dignum confessus, animum statim ad sustinendum paravit. Qui verò sæpe adversa passi vitam corrigere neglexerant, amissis tandem omnibus, jugum quoque terere servituti. Et qui leviora malè toleraverant, graviora terre compulsi sunt. 4. Reg. 10.

Sic in Evangelio Gergezeni illi porcorum damnus pluris facientes, quàm beneficium, quo homines, & quidem cives ipsum ad demonum lassione liberati fuerant, rogaverunt Jesum, ut inde à sinibus suis discederet. Indigni quippe erant presentia ipsa Salvatoris, qui magis, quàm se salvari concupiscebant.

At contra Sanctissimi Apostoli, cæterique Discipuli, ut soli Christo adhererent, omnia, quæ habebant, constanti cretoque animo reliquerunt, Neque Matthæus pecuniosum L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

teloneum dimittere distulit, neque Zachæus dimidium bonorum dare pauperibus, & iis, quibus impotuerat, reddere E quadruplum tardavit. Quia multo plus luci se in uno Jesu facturos confidebant, quàm in omnium quantum, quæ ubique sunt divitiarum, atque opum. Quod si à posteris quoque, nisi in paupertate Christo fideliter serviri non potuit, cur nos doleamus aliquo rei familiaris detrimento, ob quod ad Dei cultum effimur apiores? Ad quem quisquis convertitur, fragillum bonorum amissionibus non moveatur, dicente Scriptura? Non contristabit justum, quicquid ei acciderit.

Porro ipse etiam Dominus ad servandam hujusmodi patientiam nos compellit, dicens: Ab eo, qui auferit tibi veltimentum, etiam tunicam noli prohibere, & qui auferit, quæ tua sunt, ne repetas. Noli prohibere inquit, ne scilicet prohibendo magis irrites raporem, & illum ad necem tui accendas, cui, ne rem auferat, obstitis, atque idem, & tibi ingentioris damni, & illi gravioris peccati causa fiat. Idcirco etiam ablata postea repeti Dominus verat, ut potius patientia sustinendi, violentum usurpatorem ad misericordiam provoces, F quàm ulla rependi molestia ad iram. Talis præcepti ratio magis elucebit additis eorum exemplis, qui illud, cum casus tulit, observarunt.

HISTORICA.

Fundensis Monasterii Præpositus Libertinus, vitam pergens, fortè incidit in quosdam equites Gothos. Cumque equum sibi quo vehabatur abstulissent, etiam flagellum eis porrigere cepit: Tollite & hoc inquietis, quod vobis ad agendum jumentum usui erit. Illi abeunt, cum ad Vulturinum pervenissent, nulla vi equos, ut fluminis vada intrarent, cogere potuerunt, & memores injuriæ, quam Dei servo intulerant, regressi sunt, ut equum sibi restituerent. Sed cum ipse omnino abumeret recipere, ac diceret, eo sibi opus non esse, invitum superimpofuere, & protinus remaneat locum ubi prius substiterant, recto cursu pertranfierunt. Quia ergo Libertinus, non modo non repete ablatam, sed nec recipere restituta volebat, recipere meruit vel invitus. Gregor. Dial. lib. 1. cap. 2.

Ejusdem Monasterii Monachus, qui excolendi hortos G cura erat, cernens in coelera partim pedibus concitata, partim sublata furto, & reperto aditu, quo fur ingredi consueverat, serpenti præcepit, ut illum custodiret, nec inde nisi justus decederet. Proh pudor, irrationale animal serpe Dei obediit, homo damnus irrogare non dubitavit. Fur ergo reverfus cum serpente conspexisset, pra timore fe retrò ferre voluit, & pede veribus implicato pronus pependit, donec ab ipso alioque superveniente expeditus fuit. Tam ab eodem amice admonitus est, ne ultra furto tollerret, quod ipse petenti gratuito concessurus esset. Itaque non olerum damno monachus angebatur, sed furantis peccato. Quippe qui illi fe deprehensio nihil se donec agnum, quod poposcisset, dixit, & jam penas pro delicto solventi, dum per pedes penderet, incunctanter succurrit. Ibid. cap. 3.

Itaque quoque apud Spoletanam urbem Solitarii per spiritum præsciens fures ad hortum suum venturos, farcula, & rastros ibi apposuit, atque illi cum noctu hortum ingressi fuissent, instrumentis protinus arreptis, quævis manè nihil H aliud agere potuerunt, quàm terram vertere, & herbas infructuosas convellere, donec Isaac adveniens eis prandium attulit pro opera, insuper exhortans, ut à furto ablitterent. Semper enim quicquid eis opus esset, se libenter indulturum, & tunc primum omnis generis oleribus oneratos amice dimisit. Itaque & cum abesset, à flagitio illos costituit, & cum adesset, rebus donavit, majus damnus reputans proximi peccatum, quàm sui hortuli, quo vitam sustentabat, vastationem. Ibid. lib. 3. cap. 14.

In Valeria provincia partibus cujusdam Monasterii greges in proximo stabulabantur. Fur noctu eò accedens, vervece sublato, cum rediret, quia per cœmeterium transiturus erat, super sepulchrum, ubi illis diebus sanctus quidam Sacerdos conditus fuerat, fixis vestigiis hæsit, & neque progredi, neque regredi potuit, nec prædam, quam tenebat dimittere, donec facta jam die à monachis deprehensus peccatum confitens veniam poposcit. Illi que orantibus, dimisso vervece, abeundi facultatem impetravit. Sacerdos ergo ostendit gravem culpam esse furum, reum vivum ipse mortuus mirabiliter retinendo. Monachi ostenderunt nihil fe turbari E

turbari damno, pro illo deprecando, qui damnum inferre ve-

A nerat. Ibid. c. 22. Talis & in Stephano venerabili apud Reatinam civitatem

Patre patientia virtus enituit. Quam vide infra Tit. Patientia

in iactura bonorum, amicorum, &c.

MEDARDUS Presbyter Torniaci, Gallia oppidi, vinea-
sua vastatorem uvas collectas exportare frustra conatum
cumprehendisset, absolvit, dimisitque illatum. Alium
mella ex alveariis explantem, sed apum aculeis ita af-
fectum, ut inde se movere non posset, recepto furto pena
liberavit. Quidam etiam milites, qui vicum ejus Solem-
niacum depraverant, loco pedem efferre, nisi prada
omni reddita, non valuerunt. Suarii item illius porcorum
gregem procul abigere molientes, cum nocte tota iter fe-
cissent, manebant ibidem unde recesserant inventi sunt, &
ipse peccatum confitentibus ignovit. Quia ergo semper
in eos, qui se incommodo aliquo afficere tentaverant,
mitis, & clemens exiterat, ab omni profusus incommodo
tutus est illum Deus, & eundem Episcopum primo
Novientem, deinde Tornacensem fecit, super multa
constituens, quia fuper pauca fidelem fuisse noverat. Sur.

Tom. 3.

Odo Cluniacensis Cenobii Pater, ei, qui equum suum no-
ctu abegerat, & in eo sedens die lucefcente comprehensus
fuerat, cum nec desilire interim, nec discedere quivisset,
veniam petenti indulfit, atque insuper nummos quinque dari
iussit, gaudens utique, non quia equum recepisset, sed quod
equi raptores ad poenitentiam convertum cernebat, & jam
ab eo Deum timeri, qui prius contemere consueverat. Sur.

Tom. 6.

D. quoque Hieronymus illos, qui a seclum Monasterii fur-
tim abduxerant, & inviti rursus restituerant, cum veniam
rogaturi advenissent, dimissa offensa conviviit excepit, &
admonitis, ut suis rebus contenti aliena non appetere, multa
cum benedictione dimisit. At illi, quod ab eo, quem lae-
rarent, tam benigne accepti fuissent, quotannis monasterio
ejus non parvam olei copiam missitabant, ut jam non solum
alieni avidi non essent, sed etiam sua largirentur. Euseb. in
vita Hieron.

ELDUCUS in partibus Britannia Abbas, Paulo discipulo
C fegetis jam maturefcentis delegaverat custodiam. Quo obdor-
mante, graculorum agmen eo delapsum depascere agrum
cepit, & ille corum strepitu expectatus, eisdem in nomine
Domini, ne avolarent, precepit. Omnes ergo non secus, atque
quadripedes, ante se agens ad Monasterium usque compu-
lit, & admittente, atque interrogante Abbate, quid hoc sibi
vellet, frumentis se vastatores ad illum adduxisse, ut pro
culpa punirentur, respondit. Sed Elducus nihil de iactura
dolens, illas aves protnus dimitti iussit. Discipulus itaque
solicitum custodiam fundus est officio: Abbas vero patientia
præbuit exemplum, etiam alitibus parens, quæ se damno
affecerant.

Idem animus in condonando Mamertini apud Antifio-
dorum Monasterii Sancti Germani Abbatis fuit. Qui ur-
sum ad rapiendas oves venientem, cum in laqueos, a
quos Monachi tenderant, incidisset, miseratus exolvit,
eos dimisit, tantum jubens, ne ultra sibi suisque damno ef-
fret. Si ergo Sanctissimi viri bestias quoque, a quibus re-
rum furtum deducitionem factam noverant, ignoscendum
duxerunt, quomodo nos non ignoscemus hominibus? Jacob.

de Vorag.

Quantum autem mali metuendum sit iis, quos perversa
vulgi opinio putat felices, qui opibus affluunt, illo exem-
plo dicimus, quo traditum est, Ambrosium Episco-
pum cum apud divitem Quendam hospitandis gratia di-
vertisset, & ille se nihil unquam in vita adveri passum
dixisset, e vestigio cum suis recessisse, dixissetque, ideo se
inde fugere, ne una cum homine perpetuis prosperitati-
bus usque simul percat. Haud ita procul excederant, & respec-
tantes, vident ades illas cum omnibus, qui ibi erant ter-
re hiatu jam absorptas. Quam ergo melius agitur cum iis, qui
identidem sæculi hujus premuntur angustis, ut illic felici-
tatem quærant, ubi casus timeri non possit? Paulin. in vita
Ambr.

Quanto igitur felicitior (ut fecinarum, quoque in calami-
tate patientiam explicemus) Orhilia Virgo? Hæc apud Bava-
riam cæca nata fuerat, paternas deinde vix effugerat manus,
qui eo proccederat infania, ut propter ipsum corporis vi-
tium necem intenteret. Illa verò in omnibus, quas patiebatur,
angustis Deo gratias agens, meruit tandem, & visum recipere,

re, & in gratiam redire patris, & quod his præstabilis, bea-
tissimeque est, in sanctarum Virginum numero computari. Ja-
cob. de Vorag.

Elizabeth vidua regia stirpe, & Thuringia principis con-
nubio nobilis, defuncto viro, propinquis ejus Tetra-
chiam occupantibus, cum parvulis liberis ejus, inops,
egens, vaga, & arumis omnibus obruta, ab iis quoque, in
quos olim beneficium contulerat, contempta, ut omnia
constanti animo suffinit, ut ad patrem regem in Panno-
niam, cum accerfretur, redire nollet, ne patientiam, &
humilitatem, quam in miseris invenerat, inter regales deli-
cias amitteret, unamquamque animi virtutem in lauris om-
nibus habens chariorem. Nos quoque talibus in fructu exem-
plis, iacturam omnem præsentium bonorum fortiter, con-
stanterque feramus, ut hujusce perlationis merito, ad illa
tandem vera, & æterna bona possimus pervenire. Contand.
in vita Elisabeth.

Vide infra. Patientia ob iacturam bonorum, &c.

PATIENTIÆ MORBORUM.
EXEMPLA VIRORUM,
EX S. SCRIPTURÆ.

Adversas etiam valetudines, quoties in has incidimus,
& æquo animo ferre, virtutis lucrum erit. Languente enim cor-
pore, animi vigor in contentendis voluptatibus roboratur,
juxta illud Apostoli dictum: cum infirmor, tunc fortior sum.
Quod si corpore infirmitas quæquam inesset mali, hanc
Sanctis suis Deus contingere non permitteret. Permittit au-
tem, ut efficiat sanctiores.

Itaque itaque ab illo benedictus, & dum inter alienigenas
non sine magno vitæ diferentia peregrinaretur, fuper pro-
fectus, cum tenuisset, oculis captus est, in tantum, ut ne ocu-
lis quidem, quos genuerat, dignosceret. Et bene hoc cessit
illi, quoniam per cæcitate errorem ad posteritatis suæ feli-
citate ad Deo promissam pervenit. Dilexerat Esau, sed benedi-
xit Jacob. Et cum se deceptum recivisset, non irritam fecit
benedictionem, quia jam Prophetia spiritus repletus, videre
mente cæperat, quæ oculis percipi nequeunt, futurorum
arcana. Illumque dominum constituit fratrum suorum, cu-
jus propaginem in Christo claudendam cognovit. Genes.

26. 27.

Jacob quoque, cum & ipse corpore ægrotos, visusque per
atatem caligante, nihil ferme cernebat, vidit tandem, quem
ex duobus filiis filii sui Joseph, alteri præferret. Utrique
enim benedicturus cancellis brachii dexteram capiti ejus
imposuit, qui sinistra adfiteret. Ei verò, qui dextera se
obtulera porrexit lavam: Lippientibus oculis prospexit,
quod prospicere non potuit, qui habebat sanos. Nempè Jo-
seph dexteram ejus apprehensam super Manassem transferre
frustra conatus, ab eodem audivit: Quia Ephraim Manassem
major erit, licet Manassem natu prior esset. Idem Jacob suis
postremo filiis convocatis, certissimo vaticinio prædixit,
quæ singulis olim eventura erant, ut intelligas, oculorum
hebetudinem spiritus acuminis nihil officere. Neque enim,
qui mundis oculis, sed qui mundo corde sunt, Deum vi-
debunt. Genes. 48.

Sancti fortitudinem non minuit cæcitas, multoque
plures hostium occidit erutus oculis, quam ante integris
occiderat. Tu quoque, quem corporis visus defecit, men-
tis fortitudinem excita, bono animo esto, jam securus H
irruentes in te vitiorum cuneos excipies, clausis, obtura-
tisque fenestris, per quas mors incipit ad animam solet
Judic. 16.

Tobias viro tum in Deum pietate, tum solitudine in
pauperes claro, dum resupinatus obdormisset, stercus de ni-
dulo hiruindinum cadens oculos cæcavit, & nihil eo con-
tristatus dicitur, sed gratias egisse Deo, pristinaque religio-
sitate ardorem accendisse magis, quam resinsisse, ob quam
patientiam anno a cæcitate sua quarto visum recipere Angeli
ministerio meruit, & rursus gratias Deo agens: Ipse, in-
quit, castigavit nos propter iniquitates nostras, & ipse sal-
vavit nos propter misericordiam suam. Qui sic castigatus, sic
se humiliaverit, & ipse visum recipiet, non quo mundus, sed
quo mundi Dominus conspicitur, visum utique mentis, &
spiritus.

Aliam præterea ipsius Jacob imbecillitatem hoc loco
commemorabimus, ut simul & patientiam ostendamus. Cum
Angelo luctatus, & ab eo in femore tactus, torpescens nervo
claudi-

claudicavit. Sed pedum visum non sensit, dum mentis
A aciem in Deum dirigit. Nusquam queritur de femore debi-
litate, & statim post luctum vidisse se Dominum facie ad
faciem gloriorum. Unde illi nomen Israel, id est, Deum vi-
desse, inditur. Nequaquam illud malum putavit, quod se a
colloquiis divinis non arcebat: ideo ne lamentari voluit.
Genes. 31.

Miphiboseh Jonathas filius, delecta Saulis domo solus
superfuit, quia utroque pede claudens non potuit interesse
bello, quo ceciderunt fortes Israel. Insuper avitos agros
solus possedit, & regis David mensa particeps fuit. Tantum
ergo illi pedum ægrotudo contulit, ut & diutius, & felicitus
viveret, forsasse una cum aliis occubiturus, si sanos pe-
des habuisset. Cum ergo hujusmodi valetudo plus pro-
desse possit, quam obfit, æquo animo tolerari debet, si eve-
nerit, 2. Reg. 9.

Job ipse non tantum pedibus, aut manibus, aut ali-
quo membrorum æger erat, sed toto profusus corpore ta-
bidus, atque putridus, & a planta pedis usque ad verti-
cem foetidissimis ulceribus confectus. Testa faciem rade-
bat, jacebatque in sterquilino, magis etiam dolendi cau-
sas habens, quod paulo ante omnem substantiam (cum
opulentissimus esset) una cum liberis amiserat, nec tamen
cuiquam iniquum potuit, ut saltem labii peccaret. Uxor ja-
B centi assidebat, non quæ consolaretur afflictum, sed pec-
tulantia sua gravius exasperaret. Namque tantarum impa-
tientiarum arummarum jubebat, ut jam in eam ille necem ma-
ledictus Deum provocaret. At verò Job non ignarus, longè
majorem esse miseriam, Deo peccare, quam ista pati,
in ipsam indignatus: Quasi, inquit, una de stultis mulie-
ribus locuta es. Si bona suscepimus de manu Domini, ma-
la quare non sustinuemus? Alligens me dolore non parcat,
nec contradicam sermionibus sancti. Merito igitur post tot
adversaria, talemque patientiam, duplicia dicitur recepisse, cæteris
felicitior futurus, qui dum viveret, miserior existimabatur.
Job. 10.

Ezechias Rex ægrotavit usque ad mortem, sed cum oraf-
fatus, factus est filii ipsi superflus. Ita & tu in tua infirmitate
(ut Ecclesiasticus inquit) ora Dominum, & curabit te. Sed
& hoc diligenter attende, quantum interferuerit inter ægro-
tantem, & sanatum: dum langueret, experti delicti fuit, mox
ut convalescit, iactantia crimen incurrit, ostentans alienis di-
vinitas suas, quas æger contempserat. Nec levis culpa fuit,
ob quam illas ad alienos, quoque transferendas audivit. Nobis
ergo, si meminimus, quanto ad peccandum propensiores
existant, qui corpore sano sunt, minus molesta erit infirmitas,
4. Regum 10.

Orandum autem esse pro infirmo, & Dominus docuit, sus-
cipiens in cælum, cum surdum, ac mutum hominem curare
vellet, nec solum suscipit, sed etiam ingemuit, ut precaturi
mentem simul cum oculis ad Deum dirigere discant. Paralyti-
co priusquam sanitatem concederet, peccata dimisit, ut quia
propter peccata in morbum incidere, submota causa cessaret
efficitur: Ex quo sanè datur intelligi, ægrotudinem quandoque
delicti penam esse. Quod si per poenitentiam, & confessio-
nem deletum fuerit, reliquum est, ut æger convalescat. Itaque
semper curandum, ut ante animæ nostre remedia adhibeat
Sacerdos, quam corpori medicus, ut etiam si alia de causa
quam ob delictum malè affecti fuerimus, & morbus curari
nequiverit, magis securi vitæ hujus finem expectemus. Ne
D mors quidem gravis erit vitam meliorem sperantibus: Morbo
autem liberatis, magnopere cavendum est, ne veluti canes ad
vomitum revertantur. Ait enim: Ecce sanus factus es, jam noli
amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Æquum
quippe est, ut qui accepto sanitatis beneficio rursus delin-
quit, gravis puniatur.

Paulus post triduanam cæcitate ita se cortex, ut de
persecutore Apostolus fieret. Percussit eum Dominus, ut fan-
naret, & ille sanatus tantum profecit virtute, ut omnia ardua,
dura, acerbæ, contumelie, verberationes, vitæque periculis
plena non invidius subiret pro Christo, frigus, famem, gladi-
um, juxta contemns, &: Libenter, inquit, glorior in
infirmis, in infirmitatibus meis, ut inhabiter in me virtus Christi,
&: Cum infirmor, tunc, potens sum, &: Licet is, qui foris
est, noster homo corruptur, tamen is, qui intus est, fortis
revertatur de die in diem. Id enim, quod in presenti est momenta-
neum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimi-
tate æternæ gloriæ operatur in nobis, non contem-
plantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ
enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur,
L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

æterna sunt. Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra
hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo
habemus, domum non manufactam, sed æternam in cælis. His
Apostoli documentis patientiam nostram muniamus, & ejus-
dem exemplo, quicquid evenierit, non modo constanter, ve-
rum etiam alacriter perferemus.

HISTORICA.

In Vedasti Atrebatensis Episcopi vita legitur, cum corpus
ejus de loco, ubi olim positum fuerat, transferretur: quen-
dam cæcum, cui Audomaro nomen fuit, expectasse, ut vide-
ret Sancti ossa, & illico visum recepisse. Deinde cum rursus
orasset, ut si ea res animæ suæ salutis minus conducere, rediret
infirmitas, iteratò oculis captum fuisset. O prudens votum, sin-
gularemque cæci patientiam, qui ne tunc quidem cernendi co-
piam postulasset, nisi tam pii desiderii causa incidisset: Ideo-
que Sancti corpore viso ad cæcitate suam reverti maluit,
quam ad ea, quæ ante cæcitate fortè se commississe recedat.
Contempli oculos, ut innocens viveret: & innocens vi-
cturum, obducti denuò oculi fidem fecere. Sur. Tom. 1. 31.
gebertus ad annum 358.

Petrus quoque Abbas Clarevallensis, quadam gravi va-
letudine vexatus, oculum amisit, & se gaudere dixit,
quod è duobus inimicis alterius molestia jam liber esset.
Argumentum est, magis etiam gaudendum illis, qui utro-
que orbantur. Et cur enim non se consolari habeant, qui
ambobus carent, cum non sit eis opus ad Deum clamare
cum Propheta: Domine, averte oculos meos, ne videam vani-
tatem. Qui filios vel avertere per se potuisset, vel omni-
no non habuisset, neque adulterii, neque homicidii crimine
se polluisset.

Majolus Cluniacensis Monasterii Monachus cæcus erat,
& tamen sapientia, ac sanctitatis merito factus est Abbas
Maticensis. Nec sua ipsi obstitit cæcitas, quin alios cæ-
cos curaret, surdos insuper, mutosque, & claudos sana-
vit, & proculdubio sanatus & seipsum, nisi multo
plus emolumenti fructus percipere se sciret ex ejusmodi im-
becillitatis toleratione, atque patientia. Itaque cæcus quid-
dem vixit, sed miraculorum fama videntibus illustrior fuit.
Sur. 3.

Ad Ualdum Eugubina urbis Episcopum (quoniam & ipse G
miraculis pollebat) cæcum quandam venisse legitur, ope-
mque implorasse, & ab eodem illi persuasum, ne visum feli-
citer expeteret, quia eo restituito animæ cæcitate esset passu-
rus. Itaque incuratum dimissum. Consolentur se hoc saltem
exemplo, qui videre desierunt, ignari si sani essent, quàm con-
tinentes oculos forent habituri. Noluit cæco mederi Ualdus,
ne corpori subvenciens, animæ faceret detrimentum. Steph.
Cremonens.

Et Spem Abbatem virum sanctimonie fama celebrem,
oculis captum fuisset, in Dialogo Pontificis Maximi Gregorii
traditum est. Sed eundem quadragesimo tandem anno visum
divinitus recuperasse, audissetque sibi dictum, ut proxima
monasteria invisere pergeret, & fratribus perfectius vivendi
præcepta daret, ipse propediem decessurus. Itaque eo per-
functum officio, postquam ad suos rediit, in Fratrum cætu
pallentem expirasse. Tunc ergo videre cepit, cum è vita
egredi oportuit, ut palam ager, cæcitate illam non culpæ
fuisse, sed probationis, quæ auctum est per patientia virtutem
vitæ meritum: Ab ore morientis columbam exiisse, & ad cæ-
lum evolasse visam ferunt. Columbæ igitur puritate interius
torus nituit, qui oculi tantum exterioris orbis fuit. Greg.
Dial. lib. 4. c. 10.

De Didymo Alexandrino testatur Hieronymus, qui ejus au-
ditor fuit, quod à parva ætate oculis captus, & ob id cle-
mentorum quoque ignarus tantum miraculum suis omnibus
præbuit, ut Dialecticam, & Geometriam (quæ vel maxime vi-
lu indiget) usque ad perfectum didicerit. Addit etiam pluri-
ma opera ab eo nobilia scripta, Commentarios in Psalmos
omnes, Commentarios in Evangelium Matthei, & Joannis,
de Dogmatibus contra Arrianos libros duos, de Spiritu
sancto librum unum, in Haimam decem, in Osee octo, in
Zachariam quinque, & infinita alia, quæ digere proprium
judicis est. Quod si tanta nosse cæcus potuit, apparet, ne in
discendo quidem oculis admodum opus esse. Quinimodò
plerumque videmus, magis docile ingenium, tenaciorumque
memoria cæcorum hominum esse, quàm cernentium, & eo
plus menti eorum datum, quò oculis minus. Conceptus enim,
& imaginatio, ipsa rerum reminiscencia, totam se penitus
E 2

ad animam colligit, firmiterque inhæret, dum foras per varia visu objecta nequit evagari. Ita fit, ut hac quoque de causa cæcitas nobis tolerabilior esse debeat, si acciderit. Hieron. de viris illustribus.

Reliquarum quoque infirmitatum fortia perquiramus exempla. GREGORIO Pontifici, quod pro Trajano infideli Imperatore Deum deprecari ausus esset, pœnæ nomine hanc optionem datam perhibent, ut sive quamdiu viveret, magnis assidue languoribus ageretur, sive cum defunctus fuerit, bidui spatii ignem Purgatorii sustineret, & elegisse languores, constantique pertulisse. At nos gravioribus quidem obnoxii delictis, & nullo virtutis genere cum hoc Sancto conferendi, quoties morbo aliquo afficimur, indignamur: ut scilicet post hæc levia, quæ impatienter ferimus, nec illa tantò atrociora devitemus. Neque enim indignando peccata minui solent, sed cumulari. Qui autem libenter corporis mala tolerat, ad expiationem spiritus proficit. Greg. Dial. lib. 2. cap. 44.

Proinde ÆGIPIUS ad Rhodani ostia solitarius, cum à venatoribus sagitta in incertum missa inter sylvas latentem faucisset, non modo medicinam corpori admittere noluit, sed etiam ad Dominum oravit, nequando læta caro sanitatem reciperet. Parum erat solitudinis necessitatē ferre, quotidianas vigilandi, precandi, jejuniandi fatigationes pati, vulnus insuper quasi divinitus inflatum manere voluit incuratum, ut additus corpori dolor, ab animo procul arceret voluptatis cogitationes. Fulbert. Carnotens.

STEPHANUS verò Marcotidis regionis Anachoreta, cum verendas corporis partes exulceratas, taboque distentis haberet, curationem, quidem non recusavit, sed dum curatur, majoris patientiæ præbuit exemplum, defectiones à Chirurgo passus nullo crasso ejulatu, nullo edito gemitu, ac si omnino doloris vim non sentiret. Ad hæc ejusmodi agritudine affectus, non intermisit manuum laborem, de palmarum foliis funiculos contorquens, non spiritalis exhortationis curam, semper eorum, qui in eo ad se convenissent, saluti consulens. Ita magnam languoris molestiam majore virtutum meditatione vincebat, animo etiam fortiori, quam corpore dolente. Hist. Trip. lib. 8. cap. 1. Pallad. Hist. 30.

Tempore Valentianii Imperatoris divinus Benjamin circa Cæctim admodum est philosophatus. Hic donum illud à Deo accepisse fertur, ut absque medicamentis, sola manus contrectatione, aut oleo quodam, cui precationem addebat, variis generis morbis ægrotos liberaret. Hunc etiam dicunt ita esse aqua intercutē postea per corporis tumorem gravatum, ut ex demuncula, in qua debebat, per ostium, nisi prius unum cum eo postes detraherentur, exire non posset. Et cum in lecto jacere nequirit, circiter mensis octo in latiore sella confedit, & more suo ægros curavit: atque ipse interim, quod meliusculum non haberet, minime succensuit. Immo potius & ægrotos, & alios, qui ad se visendum veniebant, consolatus est, & ut pro anima ejus precarentur, petiit: perinde atque nihil de corpore sollicitus esset, quod & validum nihil profuisse, & ægrum nihil sibi nocuisse dixit. Njæph. Call. lib. 10. bist. Eccl. c. 35. Pallad. in bist. Lausiac. cap. 13.

Paulus quoque solitudinis quondam (quæ Panephiis Ægypti oppido adjacet) cultor, resolutus (ut Cassianus tradit) paralyti membris, in lectulo decumbens, cæteris, qui ægrotabant, sanitati erat, oleo enim, cui ipse benedictionem imposuisset, peruncti curabantur. Qua quidem in re ostendere nobis voluit Dominus, quantum ille, & fortis esset in paciēdo, & pius in miserendo. Idem enim, qui pro sua valetudine nihil sollicitus videbatur, pro aliena anxius erat, & presentaneum omnibus remedium conferbat. Cassianus Col. 7. cap. 26.

De Servulo mendico in Homiliis, & in Dialog. Gregorii proditum est, quod toto vite tempore paralyti laboravit, ita ut in lectica jacens movere se omnino non posset, semper tamen in doloris accessionibus Deo gratias agere. Hymnos decantare, & concitatorie, quodam quasi stimulis actus spiritu, aliquid de Scripturis, quod non legendo, sed audiendo didicerat, recitare. Merito ergo moriens Angelorum cantus audivit, merito mortuus odore suavissimo fragavit. Quibus indicis consideratum est, quantum illi beatitudinem æquanimitè tolerata infirmitas attulisset, quantum jam felix esset, qui dum viveret, tam miser, ac tam miserabilis putabatur. Greg. Dial. lib. 4. cap. 14. & Hom. 15. in Ezang.

Senex Quidam erat in monasterio Turrium, Myrogenes nomine, qui ob nimiam severitatem, & vitæ austeritatem hydropicus effectus fuerat. Dicebat autem his senibus jugiter, qui ad eum conveniebant visitandi gratia: Orate pro me, Patres, ne interior homo hydropicus fiat. Ego enim, ut in hac infirmitate diutius durem, Deum oro. Hunc eundem Abbatem cum audivisset Hierosolymitanus Archiepiscopus Eustochius se affligi, voluit ad eum mittere, quæcunque erant necessaria, sed ille nunquam ab eo quicquam consensit accipere. Hoc autem solum illi significabat: Ora pro me, Pater, ut liberer ab æterno cruciatu. Præf. Spirit. cap. 8.

Dunstanus ante morbum ab Elphego Ventano Episcopo necessario suo, nullis hortatibus, ut monachum proficeretur, compelli poterat. At vero febre correptus, mox ut convalescit, ultra ad Monasterium properavit, & Religioni se addidit, multaque vitæ sanctitudine polleere cepit: brevi Presbyter factus, atque ad Cantuariensem Ecclesiam regendam accitus, pontificia quoque dignitate effulsit, multis denique miraculorum signis nobilitatus fuit. Itaque tantum illi aliquando agritate profuit, quantum, si semper sanus perseverasset, forsate nocuisset. Sur. Tom. 3.

Ipse etiam nunquam satis laudatus Franciscus, non ante cepit esse perfectus, quam gravissimam corporis valetudinem incurrit. Vigesimo ætatis suæ anno infirmatus didicit terrena contemnere, quæ sanus dilexerat. Ager sibi Deo servandum esse intellexit, qui ante sanus avaritiæ fervierat, dum negotiationibus operam daret: & quicum infirmitatem incurare audeat, quod tantum signat boni. Quod autem in plebisque non eundem sortitur eventum, non hoc ejus vicio fit, sed ipsorum, qui sanati sic vitam suam insituerunt negligit, ut dum ægrotant, promiserunt. Bonavent. cap. 1.

Æquo animo ferebat & Pigenius presbyter Romanus, quod oculis captus esset, nequando illi inimicos Ecclesiæ Christianæ adspicere contingeret. Unde Julianus Apostata Imperator, cum forte illi occurrisset, de ridiculi causa, Gratiæ, inquit, ago Diis, o Pigeni, quod te video. E contra ille. Gratiæ ago Deo meo, & respondit, quod te non video. Tam igitur forti animo cæcitatem pertulit, quam Tyrannum contempsit. Dehinc Martyrii corona coronatus videre cepit, quæ oculus non vidit, & audire, quæ auris non audivit, & intelligere, quæ in cor hominis non ascenderunt. Sabel. lib. 5. c. G. 7. Beda in Martyrol.

Sergius Senogallie Princeps, elephantico morbo divinitus liberatus, omnia, quæ habuit, partim Ecclesiæ, partim pauperibus erogavit, & reliquis omnibus, soli Deo humilis, & egenus toto animi affectu servire cepit. Compulerat enim sua ipsum infirmitas humani generis conditionem altius considerare, & deprehendi, nihil prodesse homini terrenorum dominatum, atque illum, ubi convalescit, dereliquit, cælestia tantum quaerens, & æterna. Non abs re igitur in Ecclesiastico scriptum est: Infirmitas gravis sobriam facit animam.

Marcellini Anconitani Episcopi sanctitatem haud impedit podagrae morbus, quippe qui manibus gestatus alienis, urbis incendium ex adverso fe obiciens derепente cessare fecit, tam potens virtute, cum pedibus tam debilis esset. Hinc nos quoties imbecillitate aliqua superati vestigiis insisteremus minus valuerimus, meminisse debemus, ob hoc nobis terram calcandam denegari, ut cæelum mente conscendimus: nec dubitemus, brevis infirmitas nostra patientiam æternæ Hæc inculcavit beatitudine compensandam. Gregor. Dial. lib. 1. cap. 6.

In vita Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi memorie proditum est, quendam acquirēdæ valetudinis gratia ad sepulchrum ejus accessisse, & voti compotem factum, dum rediret, secum quoque coepisse, faniasne corporis, an imbecillitas ad animæ salutem magis celsura esset: & rursum Sancti aram petitisse, oratisque, ut quod sibi ad beatitudinem adipiscendam accommodatus esset, id eveniret, ac statim eodem implicitum fuisse morbo. Virgo ergo (ut Apostolus inquit) non in sanitate, sed in infirmitate periclitatur. Jacob. de Vorag.

EXEMPLA FOEMINARUM.

Nunc debitoris quidem sexus, nec tamen debiliora exempla contemlemur. Agatha Virgo, & Martyr, cum illi post multos cruciatu mamillam à pectore auvulisset tyrannus, quoniam fidem negare non poterat, & Petrus Apostolus eam curaturus in carcere apparuisset, Chirurgo aliquem ad se venisse rata, detrectabat medicinam, dicens: nunquam se phar-

maca

maca corpori admisisse, sed illius medici opera semper usam, qui solo verbo omnem infirmitatem curaret. Hunc autem esse Dominum Jesum. Tunc Petrus, Apostolum se ejus esse, & ab eodem ad illam missum indicans, evanuit, ipsa sana relicta. Non hoc dicimus, ut infirma Virgo medicamentum respuat, sed semper ipem omnem in Christo collocet, semper soli gratias agat: hoc in agra, patientia insanata, gratitudinis testimonium erit. Sur. Tom. 1.

Quamvis Sylvania quoque Ruffini Alexandria Præfectororor, Deoque dicata virgo, cum malè haberet, medicis confusentibus balnea audire noluit: hoc tamen, non medelam contemnens, sed mollitiem cavens, quippe quæ per annos sexaginta, neque vultum, neque pedes lavasse dicitur, neque aliam corporis partem, præter summos manuum digitos, cum capere vellet cibum, non aliud ad cubandum lectulum habuisset, quam nudam humum. Cogita nunc, qualiter infirmitatem tulerit, quæ talia, dum sana esset, sua sponte, ut Christo placeret, tulit. Pallad. Hist. 142.

Paula Romana cum febre laboraret, & stomachi crudiditate cibum non digereret, ut modico vino uteretur, nec B medicorum placitis, nec religiosorum suasionibus compelli potuit, nolens ab instituto vitæ monastica ne in ægritudine quidem declinare. Multo enim tempore aquam bibens magis expavit vini gustum, quam infirmitatis periculum, neque tantum fecit sanitatem, ut ejus recuperandæ gratia spiritualis continentie modum, quem ad illam usque diem perpetuo servaverat, intermitteret. Hier. Epist. h. c. 2. a.

GALLA & ipsa Romana, Symmachi Confularis viri filia, cum inter publicares annis marito viduata ægrotaret, corpore toto in tabificam sabredinem verso, medicis affirmantibus nisi iteraret matrimonium, vel morituram eo morbo, vel mentum pilosum veluti viri habituram: neglexit medicorum consilium, & omnia perpeti maluit, quam ad conjugium redire, ad quod repetendum, si sana extitisset, forsate nomine hortante solus juvenilis ætatis ardor eam compulisset. Ægra didicit optare meliora: itaque ut optata possideret, omne carnis detrimentum pro nihilo duxit. Mamillam deinde ulceribus affectam ita toleravit, ut jam morti proxima, apparente C sibi Beato Petro Apostolo, non ut curaretur rogavit, sed an sibi peccata sua condonata essent, quaerit. Quæ dimissa esse audiens, multo plus ex hoc consolationis cepit, quam ex ægrotatione ceperat doloris. Si sic anima curam gesserimus, omnis adversa corporis valetudo tolerabilis erit. Greg. Dial. lib. 4. cap. 12.

Quod quidem etiam Elizabethæ de Sconaugia Deo dicata Virginis probatur exemplo. Quæ (ut Sigebertus scribit) toto corpore ulceribus contabescendo jacens, nunquam ob hoc aliquam animi tristitiam vultu prætulit. multas interim futurorum revelationes accepit, acceptasque prodidit, ut facile dixerim, & idè sanctam fuisse, quia patiens erat, & idè patientem, quia sancta. Ecbertus & alii.

Sic & CLARA Virgo, cum languente corpore femota in lectulo decubaret, mentis oculis cernebat, quæ procul in Ecclesiâ ageretur, & ea deinde reversis ad se fororibus (magna cum omnium admiratione) referebat. Nihil itaque illi obfuit fracti corporis ægritudo, cum tanto animo valeret. Sur. Tom. 4.

Alaidem quoque Virginem toto corpore saniosam, apud Tudorum Gallie urbem fuisse constat, tamen apud D Deum gratia, ac meriti, ut per annos multos infirma, nullo alio cibo vixit, præterquam sacrosanctæ Euchariæ panem, in spiritu rapta damnatorum pœnas, beatorumque gloriam viderit, quæque diversis per orbem locis ageretur scierit, atque interdum futura prædixit. Si tot, ac tanta cum langore possunt venire bona, quæ illis præferre audeat sanitatem, quæ si præferenda esset, haud dubium, quin distimulè illa perferri Sanctos suos Deus concederet, nec ita frequens apud eos esset ægrotationis locus.

Santa EDLBRIDA Annæ Regis Orientalium Anglorum filia, & Regis Echfridi conjux, cum quo perpetua mansit virginitas integritate gloriosa, sub senem vitæ infirmata, tumorem illa maximum sub maxilla patienter sustinuit. Fecit autem, quod cum præfata dolere maxillæ, sive colli premeretur, multum delectata sic hoc genere infirmitatis, ac solita dicere: Scio certissime, quia merito in collo pondus languoris porto, in quo juvenulam memini me supervacua molimul pondera portare, & credo, quod idè me superna pietatis dolore colli voluit gravari, ut sic absolvat à reatu supervacua. L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

cux levitatis, dum mihi nunc pro auro, & margaritis de collo rubor tumoris, ardorque promineat. Beda lib. 4. cap. 19. Eccl. E. bist. gent. Ang.

Quantum verò ad servandum sanctæ castitatis propositum conferre soleat ipse corporis languor, atque infirmitas, Petrus Apostolus documento est. Qui Tito discipulo interroganti, cur Petronillam filiam suam diutius ægrotare patretur: cum aliis malè affectis repente sanitatem induceret? ita illi expedire, respondit. Ac ne dissimulare impossibilitatem videretur, iussit eam surgere, & ipsis discumbentibus ministrare. Exfurrexit sana, & ut perfunda est officio, rursum patris iussu ad lectulum pariter, ac morbum rediit. Ægrotando igitur dicit Virginitatis amare puritatem, ita ut postea sanata, mori præoptaret, quam Flacco Prætori nubere. Quare non modò patienter ferenda ægritudo est, verum etiam appetenda, quoties intimis in medullis concitatus ardor juvenilia occupat membra, venasque succendens ad turpem libidinem, illicitasque provocat voluptates. Marcell. apud Alesium.

Hanc liquidem appetit, & valdè appetit Andragafina Virgo, quæ à patre desponsata, pro tutanda virginitate Deum oravit, atque hinc lepra morbo deformatam exhorruit sponsum, qui sanam ante adamaverat, intactamque repudiavit. Neque illa quicquam pensi fecit tam acre malum, dum multo mallet caste vivere, quam sana. Ne autem morbi hujus causa in ambiguo esset, ut primum professæ est religionem, sana evasit. Ita palam factum est, idè fuisse leprosam, ne esset corrupta. Et ne plura hujus patientiæ exempla enumerare longum sit, hæc tandem brevi sententia partem istam concludamus: Nullam esse tam gravem infirmitatem, nullam tam vastam, horrendamque calamitatem, quæ non æquo animo perferatur, si æterna cogitabimus.

PATIENTIA MARTYRUM SEXUS VIRILIS EX S. SCRIPTURA.

Æterna, ac cælestia secum meditando fortissimi Christi milites (ut postremo de Martyrii patientia differamus) omnia tormentorum genera facile contempserunt. Non sinit enim condignæ passionis hujus temporis (ut Apostolus inquit) ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.

Primi veteris Legis Martyres Propheta fuerunt, de quibus Micheas in maxillam percussit, & in carcerem traditur, Urias interficitur, Jeremias carcerem, & verbera patitur, in lacum cœni per ludibrium jacitur, lapidibus obruitur. Itais vivus in parte secatur.

SDRACH quoque, MISACH, & ABDENAGO, dum Nabuchodonozor Regis statuum adorare detrectant, in furentem ardore formagem coniciuntur, at ignis eos non audivit, ipsi verò Deum benedicebant.

DANIEL etiam missus in lacum Leonum, intactus ab illis fuit. Etiam Antiocho regnante Pueri plures Hebræorum neci traditi, dum nolunt vesci cibis vetitis, 1. Machab. 2. Immo duæ MULIERES, quæ filios circumcederant, cum infantibus ad ubera alligatis in præcepis missæ fuerunt, 2. Machab. c. 6.

ELEAZARUS Scriba, & Legis zelator, elegit mortem turpissimam præ paternarum legum prævaricatione, sic ut ne dissimulatione quidem evadere noluisset mortem. Ibidem.

Septem verò FRATRES, septem in Apocalypsi Ecclesiarum typus, multo atrocioribus tormentis cum matre consentiunt, H quia major persecutio in Ecclesiâ, quam in Synagoga fabricata erat. Igitur respuentes cibum Lege vetitum supplicia constantè sustinuerunt, & quidem alius post alium, ut prioris pœnæ cæteris cernentibus terrori esset, sed nequaquam terrenti sunt. Itaque vice cuiusque servata, linguas omnibus amputarunt, capta cute decalvaverunt, manus, pedesq; præciderunt, & sic trunca corpora super ignitam fartagine torrendo consumperunt. Mater deinde, quæ non flevit filios, fed ad patientiam jam hortata fuerat, jam de illorum virtutibus læta, mortem alacriter subit, & quos tunc tam æcerbos cruciatos tolerare vidit, nunc unâ secum in æterna beatitudinis regno triumphantes cernit: tantò facta est post ærumnas felicior, quanto in perferendo exitit constantior.

Noque te, RASIA, vir non solum castitate (hoc raro in Judaismo erat) sed etiam fide præstantissimus, quæ loco præteribimus. In quo uno impissimus Nicanor omnes reclusos se superaturum speravit. At tu cum jam undique circumdatus es fugare non posses, ut doceres te non timere necem, sed magis

E 3 religio-

religionis ab infidelibus tidendæ Indubium, Spiritus Sancti
 A inſinctu tibi ipſi mortem conſciſiſti, ferro te feriens, & de
 arduo loco in præcepſ mittens, & erumpentia viſcera mani-
 bus propriis direpta in turbam proſiciens, ac Deum tuum in-
 vocans, ut illa tibi iterum redderet, futuræ Reſurrectionis ſpe
 æratiſſima ipſe itabatur. O incredibilem animi tui fortitudi-
 nem! Terruſti tyrannum, nihil vitæ tuæ parcens, dum
 Dei conſulſi honori. Senſit inimicus fe ab uno vinci, qui te
 uno victo, cæteros faciliè in ſuam erroris ſententiam fe tra-
 cturum credidit. Offenditſi, te etiam graviora pro nomine
 celeſtis regis pati poſſe, quam fortaliſe terrenus omnium
 immaniffimus inferre cogitabat: Felix qui tali privilegio do-
 tari meruſti, ut in perſecendo Martyrio ad conſulionem
 inimici, tua in te uteris manu, quod paucis admodum con-
 ceſſum aliquando fuiſſe novimus, & quod aliis imputaretur
 ad peccatum, tibi verſum eſt ad gloriam. Nam cum om-
 nibus præceptum ſit: Non occides: tibi diſpenſatum eſt,
 ut te percuteres, & vinceres: occideres te, & viveres. 2.
Machab. 14.

Hæc de veteribus, ad nova veniamus. JOANNES præcor-
 for Domini, & plus quam Propheta, & quo non furexit
 B major inter natos mulierum, Herodis Antipæ juſſu in gra-
 tiam adultera carceri mancipatur, obtruncaturque. *Matt.*
21. & Luca 3.

Poſt illum primitiæ dormientium CHRISTUS, tanquam
 ovis ad occiſionem ductus, & tanquam agnus coram tonde-
 te fe obmutuit, multaque ſuſtinent in ſuo corpore ſupplicia,
 illos pro quibus volens patiebar, ad patientiam etiam marty-
 rii adhortatur. *Act. 5.*

Hinc fanè eſt, quod ipſi Domini APOSTOLI flagellis pri-
 mum acriter caſi, non dolent, ſed gaudent, non triſtantur, ſed
 exultant, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu con-
 tumeliam pati. *Act. 5.*

Ex his deinde JACOBUS Major Herodis Agrippæ gla-
 dio decollatur, & ejuſdem juſſu Petrus in carcerem ca-
 tenis vincitus conicitur. Sed horum alter à vinculis di-
 vinitus liberatur, ſicut Dominus ſuus, indignum fe dixerat. Pri-
 mus igitur crucem ascendere meruit pro Domino, quam pro
 omnibus aſcenderat Dominus: vicem reddidit, & præmium
 accepit, eos quoque cum Domino judicaturus, à quibus
 talia paſſus. *Ægelip. lib. 3. c. 2.*

Ipe quoque vas electum PAULUS à Liſtris lapidibus ei-
 citur, Philippus cum Sila diſcipulo virgis caſus, & compedi-
 bus vincitus, carceri includitur. Inde dimiſſus, plurimique
 peragratis locis, aſcedit Jerololyam, ibi alligari, & mori
 paratus pro nomine Jeſu comprehenditur, ligatur, flagellatur,
 torquetur, in ore percuitur. Poſtremò Romæ capite trunca-
 tur, tunc demum ceſſans evangelizare Jeſum, cum in corpore
 vivere ceſſaſſet. *A. 14. 16. 21.*

HISTORICA.
 ANDREAM Apoſtolum Patras à pernicioſi erroris vin-
 dicare conantem, Egeas Achiz Proconſul comprehendit
 D juſſit, & in facie caſi, & in cruce ſuſpensi. At
 ille ne ſe quidem inhiberi potuit, quin pendens, quo-
 que Chriſtum plebi aſtanti prædicaret, donec ingenti
 luce circumfulſus emiſſit ſpiritum, illos in tenebris relin-
 quens, qui increduli in ipſum ſævierunt, *Bernard. Serm.*
de S. Andrea.

PHILIPPUM Apoſtolum Hieropoli Phrygiæ urbe crucifi-
 xum, ac lapidibus interemptum conſtat. BARTHOLUMÆUM
 apud Armeniam in oppido Albano vivum excoriatum, decol-
 latumque. JOANNEM Apoſtolum Romæ in ſerventi oleo de-
 coctum, nec tamen laſum Chriſto protegente, qui ſe cum vo-
 luit manere, donec ipſe veniret. THOMAM Didymum apud In-
 dos carceri traditum, nudis veſtigis per candentes laminaſ
 ductum, & in ardentem formicem trutum, poſtremò lanceis
 perforatum. MATTHÆUM Apoſtolum in Perſide, dum Miſſæ
 Sacrificium offerret, poſt tergum tranſfixum, JACOBUM Mi-
 norum Hierololyms lapidatum, & pro inimicis deprecantem,
 ſulloniſ ſuſte interemptum. Fratres vero ejus SIMONEM Ze-
 lotem, & JUDAM Thaddæum in Perſia urbe Senair, quia
 ipſi ingredientibus in templum ſimulacra Deorum cor-

ruerunt, ab æditis cruciatis. MATTHIAM, qui Apoſto-
 latum, à quo Judas decedit, fortitus eſt, Jerololyms à Ju-
 daïs lapidatum, & Romano ritu ſecuri percuffum. BAR-
 NABAM Gentium Apoſtolum, Salamine à Judæis compre-
 henſum, atque igni conſumptum. Proſecto niſi ſumma, &
 præclara eſſet Martyrii gloria, nunquam Chriſtus Apoſtoloſ
 ſuos (quos præter omnes dilexerat) tanta, ac talia pati per-
 miſiſſet. Sed beati, inquit, qui perſecutionem patiuntur pro-
 pter Juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Beati
 eſtiſ, cum vos oderint homines, & cum ſeparant tanquam ma-
 lum, propter filium hominis. Gaudete in illa die, & exul-
 tate. Ecce enim merces veſtra multa eſt in cælo. *Abdias, &*
Alii in vitis Apoſt.

Hinc Stephanus quoque Spiritu ſancto, & fortitudine ple-
 nus, faciens ſigna, & prodigia, lapidibus obruitur. Sed
 mali illi lapidum ictus inferre poterant, cui cæli jam aperti
 erant? Vitam impii eripiebant, ſed Jeſus à dextris virtutis
 Dei manens animam ſuſcepit expectabat. Ille itaque jam
 de ſua ſalute ſecurus, pro ſuis occiſoribus orabat: Domine, in-
 quit, ne ſtatuas illis hoc peccatum, auxilium Martyrii gloriam
 pietatis erga inimicos merito, & in Domino obdormivi, *F*
 qui vigilaverat pro Domino, nomen ejus conſitens, & mortem
 contemnens, *Act. 7.*

In Marcum Evangeliſtam Alexandriæ idolorum cultores
 furentes, collo fune circumjecto, per ſalebroſam hnum huc
 illuc tractum exinſere.

Lucam vero in Bythynia diem ſuum obiſſe tradunt, volun-
 tate, non ſorte Martyrem, cum & ipſe gentibus ea de Chriſto
 prædicare auſus ſit, qua ſcripta reliquit. Sicque Martyrii co-
 rona nec illum caruiſſe.

Hunc Apoſtolorum, Diſcipulorum, Evangeliſtarum ſi-
 nem tantò feliciorum fuiſſe haud ambigimus, quando paſſi
 ſunt graviora. Sed & ſi aliis alter conſumptus ſit, omnes
 tamen pari animi magnitudine nullum ſupplicii genus ex-
 paverunt, dum beatitudinis prævia cogitarent, nullum la-
 borem reſugerunt, dum ad ſupernam quietem aſcendere
 feſtinarent, Deo fruituri, qui pro Deo mundum contemp-
 ſerant.

Poſt hos deinde Martyrum innumerabilis per orbem
 multitudo exuberavit. Ex quibus paucos commemorabi-
 mus, quorum tamen ſingulorum exempla ad pellendam G
 omnem animi ignaviam, timiditatemque propulſandam
 ſufficere poſſunt.

Martinus Martyr tenellus adhuc, ſed fortiſſimus Chriſti
 miles, in quo (ſicut in plurimis) Deus offendit, facile fe ſuos
 fideles ab omni injuria tutari poſſe, ſi id illis expediret. Romæ
 Martiani Præſecti juſſu bubalis forſis flagellatus eſt, in equulo
 excenſus, ferreis unguis lacertatus, deinde ad machinam, ut
 membratim diſtraheretur, applicitus: at illa mox fracta,
 divinitus liberatur, & a plagis, quas acceperat, apparuit ſanus.
 Sed ruſſum, quia à puero vincitor erat, ſeiſe, aperteque
 ad medium uſque truncum arbori inferitur, ut partibus ad fe
 redeuntibus collifus deſiceret. Arbor autem veluti adactis cu-
 neis funditus diviſa in diverſum laxatur. Inde ergo ad ferream
 cratem torrendus tranſfertur, plumbo liquo perfunditur,
 ſed repente proximi fluminis inundatione ignis extinguitur,
 lterum ille in fruxio coquitur, ſed roe celeſtis protectus
 calorem non ſentit. In cacabum pice bullientem jaclatur, at
 ibi etiam eſuſa pice manſit illeſus. Feris immanibus obje-
 ctus nihil injuriæ patitur. In fornacem miſſus, die poſtero H
 cum jam in cineres reductus putaretur, exiit incolumis, capi-
 tis tandem truncatione tormentorum finem, & beatitudinis
 accepit initium. Martianus vero ne tam obſtinatam in pu-
 ero rabiem impune ſerret, præſentibus membris, & toto
 corpore veribus ſcaturiente, inſelici morte inſeliciorem
 vitam ad æternos ignes deputare inchoavit. Nobis operæ
 pretium erit, hinc penſare, quam ſuavis eſt Dominus, cujus
 amore tam horrenda ſubire ſupplicia ne pueri quidem time-
 runt.

Conon cum parvulo filio apud Iſauriam ſub Aureliano
 Imperatore paſſi ſunt. Hi juſſu Domitiano Præſecto, pri-
 mum in craticula extenti, oleoque peruncti, deinde ad ſarta-
 ginem tranſlati, torrentur, ac fringuntur. Poſtremò cum ma-
 gis torqueretur tyrannus, quòd tam diris, mortiferique ſup-
 pliciiſ, neque cederent, neque conſuſi poſſent, conſtructa
 copioſiore pira ſuperinjeclis expirant. Cur autem ſicur alia,
 ita & hoc poenæ genus vivi evaſerint, offendit vox de
 cælo lapſa, quo illos, quoniam ſtrenue contra dolorem de-
 ceſtaſſent, ad percipiendas jam Martyrii coronas evocavit.

Mori

Mori non poterant, donec multiplice cruciati probaretur to-
 A lerationis veritas, probatam autem remunerari reſtabat. O ſa-
 pientem patrem, ac pium Patrem, qui ipſum, quem genuerat,
 ſecum pro Chriſto cruciati ſuſtinuit, ut ſecum cælo inferret.
In Martyrol. Uuardi Marti 28.

Vitus puer ſeptem tantum annis natus, ab impio patre
 ne Chriſtum ſequeretur, nullis minis, verberibusque coerce-
 ri poſuit. Et quia patri male ſuadenti non ceſſit, miraculis
 nobilitatus eſt. Diocletiani filium ab immundo ſpiritu vexa-
 tum, ſanitati reſtituit. Sed non ideo fracta eſt perfidi Imper-
 atoris duritia, magis indignari cepit, tantum inſeſe virtu-
 ti homini Chriſtiano, & ipſum ad Deos adorandos com-
 pellere perrexit. Tantum autem profecit, ut à puero Impera-
 tor victus ſit. Poſuit illum mittere in carcerem, in olla, pi-
 ce, reſina, & plumbo bulliente excoquere, feris beſtiis la-
 mandum præbere, & in equulo extentum crudeliter verbe-
 rare: occidere non potuit. Exclamante enim inter ipſa ver-
 bera Vito, Domine, libera me; cæelum intonuit, terra tre-
 muit, Deorum ſimulacra corruerunt, territis Diocletianus
 fugit. Vitum Angelus inde ſublatus longius traſportavit.
 Ubi ille cum oraſſet Dominum ſuum, ut jam de terris evo-
 catus in ipſo requieſceret, tradidit ſpiritum. Glorietur nunc
 B protervæ poteſtatis vanus Imperator Diocletianus maxima
 orbis parti fe imperaſſe, validiſſimas quondam gentes ſua
 ſubegit ditioni: Si tui puero Chriſtum colenti imperare
 nequivit: Siſte penas inferendo ſuum timuit, quam ille
 patiendo: Si vivum denique dimittere coactus eſt, ad
 quem perimendum tam dira expeſtavit ſupplicia. *Jacob. de*
Vorag.

Florellus quoque decem annorum puer, Antonino An-
 guſto Eccleſiam perſequente, apud Auſtudinum paſſus
 eſt. Hic Valeriani Præſidis juſſu, cum ad immolandum
 Diis cogi non poſſet, in equulo ſuſpenſus flagellatur, in
 cavea cum leone occiditur, in ignem mittitur, clavis
 conſigitur: ſed iſis omnibus ſuperleſis, feris tandem bel-
 luis obiectus, conculcatus, preſequitur, carum prælocatur, in
 nulla corporis parte eruentatus. Unde tam tenello tantum
 animi robur, tanta tolerationis viſ? niſi quia Chriſti chari-
 tatis in quocunque fuerit, omnibus fortior eſt ſuppliciiſ.
Petr. de Natalib.

Hinc Mammes puer ſeptennis Caſarea, & Agapitiſ quin-
 C decim natus annos Preſente, audacter fe Chriſtianus eſſe præ-
 dicarunt, neque ulla penarum magnitudine ab ea conſellio-
 ne dimoveri poterit. Vita eos proſana tyrannorum crude-
 litas privavit, ſed non etiam fide. Si tiquam tali neceſſitate
 conſtrictum patientiſ timor agitaverit, horum memor exem-
 plorum, ſe pueriſ imbecillior eſſe erubeſcat, & ſaltem his
 exaquare nolle, neſas putet. *Metaphr. Sur. Thom. 3. Ado.*
Traverenſ. & Alii.

Sicuti putavit Dionyſius Martyr Romæ paſſus? Qui
 jubente Diocletiano ſuſtibus pralumbatus, deinde equu-
 lo ſuſpenſus, & virgis caſus, admotis etiam lampadibus mi-
 ſerabiliter uſulatus, quo ejulato clamorem edebat, quo
 fe Chriſtianum eſſe aſſeveraret: Et ſi milles, inquit,
 occidi poſſem, Dominum meum Jeſum conſiteri non
 ceſſarem. Itaque Imperator non modo, ut idola adora-
 ret, efficiere nequivit, ſed etiam, ut ne Chriſtum taceret,
 donec caput, id jam optanti, amputari juſſit. Sic ille ipſe
 Dominus, quem tam audacter, tamque perſeveranter in terra
 poſitus invocaverat, feliciter jungi meruit in cælo. *Petr.*
de Natalib.

Eadem Diocletiana perſecutione Euſtratus apud Avara-
 cionenſis Lyſia Præſide equulo a terra ſuſpenſus, fumo ſup-
 poſitiſ ignis, ac vapore torquetur, depoſitus caditur, & toto
 corpore plagis conſecto, quo magis doleret, ſale, & aceto di-
 luto conſtrictatur. Deinde pedibus perforatis, ne eſſugere poſ-
 ſet, è Satalia civitate, ubi hæc primum paſſus eſt, ad Avariam
 urbem ductus, & hinc quoque cum multis Chriſtianorum
 Sebasteſ miſus ab Agricola Præſecto igne conſumptus,
 Martyrii palmam recepit, ceteri obruncti, præter unum
 Orefteſen nomine, qui ſuper lectum ferreum diſſentus, ſub-
 ſtratus prunis tandum excruciatuſ eſt, donec animam exhal-
 aret. Magna quidem hæc poenarum acerbitas, ſed majus pa-
 tientiaſ præmium. *Ibid.*

Sub Diocletiano, Gregorius Martyr Spoleti paſſus, dum
 Flacci, & Hircani Præſidum minas rideret, colaphis cædi-
 tur, ſuſtibus verberatur, ſuper ferream cratem torretur. At
 verò, ut fidei ab eo prædicata virtus præſerteret, pars urbis
 terræ motu conculſa, trecentos & quinquaginta idololatras
 ſuis oppreſſit ruinis. Præſides territi fugam fecerunt. Ceſſante
 L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

autem timore, ſed perſeverante perfidia, Martyrem idolis
 thura adolere nolentem, virgis ferreis cædi jubent, & facibus
 ad latera admotis uſulitari, ac demum capite truncati. Sic ex-
 tinctum corpus, ne à Chriſtianiſ honore ſepultura afficeretur,
 in theatro feris laniandum datur, ſed à nulla laeditur.
 Flaccus verò, qui pertinaciuſ in Gregorium ſævierat, ead-
 em hora inſtina per os evomitans, miſerabiliter expiravit,
 multo acerbiora apud inferos, & quidem ſine fine, paſſurus.
Ibid.

Sebaſtianus Romæ, Diocletiano, & Maximiano Im-
 peratoribus, ad ſtipitem nudus ligatus, ſagittis conſo-
 ditur: Hirene mulier Chriſtiana, ut corpus mandaret
 ſepultura, noctu venit, & ipſum adhuc vivere compe-
 rit. Solutum domi fovit, atque ille intra paucos dies cu-
 ratuſ, ruſſum in publicum procedens, Principum in Chri-
 ſtianiſ immanitatem arguere cepit. Ipſi mirabantur, quo-
 modo vivere potuiſſet, & cum eo miraculo ad credulitati-
 tem moveri debuiffent, ad indignationem moti ſunt, atque
 eundem tanduſ ſuſtibus cædi juſſerunt, donec exa-
 nimaretur. Tanto igitur Martyrii amore flagravit Seba-
 ſtianus, ut nec ſagittas paſſus conquieſcere poterit,
 quò uſque ad optatum vitæ finem pervenit. *Jacob. de*
Vorag.

Vincenſius Martyr in Hiſpania Caſarea paſſus eſt, verè
 Vincenſius, quia omnia vicit tormenta, dum fe Chriſtiani-
 ſum conſtituit. Cum in equulo ſublatus à Daciano Præ-
 ſide per ludibrium rogaretur, ubinam eſſet? in ſublime,
 inquit, unde te poteſtate terrena tumentem aliter deſpicio.
 Graviora minitanti: Non minari mihi videtur, reſpondit,
 ſed quod votis omnibus concupieram, offerre. Igitur cum
 unguis, faces, prunas, toto corpore dilacerato conſtanter
 exciperet, ait: Fruſtra fatigaris, Daciane. Non potes tam
 horrenda excogitare tormenta, quàm ipſe paratuſ ſum ſu-
 ſtinere: carcer, unguis, candentes laminaſ, mortique ipſa
 ludus, jocuſque Chriſtianiſ ſunt, non tormentum. Poſt-
 hæc aliis, atque aliis conſectus pennis, cum victoriz palma
 migravit ad cælum. Ergo quia pro Chriſto pati optavit,
 nunc regnat cum Chriſto. *Prudent. in lib. Perſeſeph. Auguſt.*
Serm. 12. 13. de SS.

Marium, & Martham uxorem ejus, liſeroſque eorum Au-
 didax, & Abacuc natione Perſas, Claudio Auguſto Chri-
 ſtianiſ perſequente, Romæ Martyrium paſſos legimus. Cum
 enim Deos gentilium dæmonia eſſe prædicarent, & Martha
 eos hortaretur, uti conſiderent pro Chriſto tormenta excipe-
 rent, ſuſtigationem, equulum, flagella, faces, unguis
 pertulerunt, Præſidis deinde manibus, & ad collum
 alligatis, per urbem ducti ſunt, acclamante præcone, ſic,
 puniendos eſſe Deorum contemptores. Poſtremo capite ca-
 ti Martyrium conſummauerunt, Martha poſt illos in nym-
 phæo aqua ſuſlocata, & ipſa æque conſtans in toleran-
 do animi exemplum poſteris reliquit. Quam dum ſuorum
 ſupplicia ſpectaret, non dolor ſollicitavit, ſed timor, ne
 forte ipſi cruciatum acerbitate ſuperati, prius à fide, quam
 à vita decederent. Itaque tanto alacrius ad necem juvit, quan-
 to de illorum victoriis facta eſt ſecurior. *Vſuar. Martyrol.*
Sur. Tom. 1.

Pontianus Martyr ſub Antonino Auguſto Spoleti paſſus,
 nolens gentiliū ſacrificare Diis, virgis caditur, per prun-
 as nudis pedibus ambulare compellitur, in equulo collitur,
 unguis terreis ad oſa uſque proſcinditur, leonibus in
 theatro exponitur. Eidem (in quem homines graſſabantur) H
 beſtiæ pepercere. Poſthæc in carcerem ſanc conſumen-
 dius traditur. Sed Angelo hominem nutriendi, quem media
 jam extinctum putabant, die decima ſalvum educunt. Tunc
 Judex plumbo liquefacto nudum perſundi juſſit. Sed cum
 neque hoc ſupplicii genere periri ille poſuiſſet, capitiſ
 tandem abſciſſione finitur. Poterat nec fe mori, ſed jam
 omnes poenas paſſo beatitatis præmia diſſerre Dominus no-
 luit, & brevem vii patientiam æterna felicitate remuneravit.
Sur. Tom. 1.

Hinc eſt, quòd IGNATIUS Antiochene Eccleſiæ tertius
 poſt Petrum Apoſtolum Epicoſopus, Trajani perſecutione
 damnatus ad beſtias, cum Romanus vincitus mitteretur, & jam
 Smyrnæm perveniſſet, ad Romanos, qui ſidem reſecerant, ſcri-
 bens, ait: de Syria uſque Romanis pugno ad beſtias in mari,
 & in terra, nocte, dieque ligatus cum decem leopardis, hoc
 eſt, militibus, qui me cuſtodiant, quibus cum beneficiarum,
 peiores ſunt. Inquitas autem eorum mea doctrina eſt. Sed
 non idcirco juſtificatus ſum: utinam fruar beſtiis, quæ mihi
 ſunt paratæ, quas & oro mihi veloces eſſe ad interitum, & ad
 E 4 ſupplicia,